


NICOLAI EVGENII
A N G E L I I
C A R M I N A

QVAE QVIDEM REPERIRI POTVERVNT

Praefigitur de Vita & Studiis Auctoris Commentariolum.





N E A P O L I . CIƆIƆCCIIC
EXCVDEBANT SIMONII FRATRES.
Superiorum permissu.

Quis leget haec? Min' tu istud ais? Nemo hercule? Nemo?
Vel duo, vel nemo. Turpe & miserabile ......

PERSIVS *Satyra I.*

EMINENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

STEPHANO BORGIAE

S. R. E. CARDINALI

Lucas Antonius Biscardius S.

Tanta est Tua in me, Cardinalis Amplissime, humanitas; eaque Tuorum erga me meritorum magnitudo; ut magis magisque in dies me impelli sentiam ad aliquid publice audendum, quo si minus gratiam Tibi referre, at certe habere, & testari possim. Factum est autem percommode, dum in hac cogitatione totus essem, ut vir doctissimus, idemque mihi vetustate amicitiae conjunctissimus, collectis, quoad fieri potuit, hominis sibi carissimi, NICOLAI EVGENII ANGELII Carminibus, suum de iis edendis consilium mihi aperiret; adderetque, gratissimam me sibi rem facturum, si

quae ad hominis vitam, ac ſtudia illuſtranda pertinerent, non modo colligerem; ſed collecta ubi eſſent, digeſta ordine in Commentariolum referrem, ſtudioſis harum litterarum nonnulli uſui; amicis vero, & notis qualicumque ſolatio futurum. Haec ille; cui tot nominibus quum ſim obſtrictus, non potui, quantum in me fuit, non morem gerere. Itaque quod reliquum fuit temporis a quotidianis occupationibus, & ſubciſivis, ut ajunt, horis, manus operi admovi, ſpartamque hanc ornandam pro mea virili ſuſcepi. Quod quidem dum facerem, illa me cogitatio ſuſtentabat, ſtimuloſque veluti addebat ad opus urgendum; quod videbam fore, ut opportunitate uti poſſem hujus Commentarii ad gratum animum meum, ut dixi, Tibi teſtificandum; ac Tibi inquam, cui, ut initio profeſſus ſum, tantum debeo, quanto vix unquam ſim ſolvendo; quique ex tot Proceribus, ac claris Viris; ſi modo licet dicere, *ſolus*, ut ait ille, certe cum pauciſſimis,

. . . . . *triſtes hac tempeſtate Camoenas*
Reſpicis.

Ac-

Accipe igitur, Princeps Eminentiſſime, qua ſoles comitate, Commentariolum de vita, & ſtudiis NICOLAI EVGENII ANGELII; eique Tuum Nomen praeſcribi ſine. Quam a Te veniam ſi impetravero, illud profecto fiet, ut ingrati ſuſpicionem apud eos, quibus Tua in me beneficia perſpecta ſunt, effugiam; innoteſcatque omnibus,

. . . ſi quis tamen haec quoque, ſi quis
Captus amore leget;

me Tibi eſſe devinctiſſimum, Nominique, & Eminentiae Tuae dicatiſsimum. Vale, Cardinalis Ampliſsime; & me, ut facis, patrocinio Tuo fovere perge.

Caſertae Kal. April. CIↃIↃCCIIC.

LVCAS ANTONIVS BISCARDIVS

LECTORI

NEmpe solemne illud retinet suum, ut vides, Lector optime, Franciscus Danielius noster, ut amicos, quique morum, studiorumque similitudine sint ipsi conjuncti, omni officiorum genere demereri studeat; eosdemque vita jam functos amare pergat nihilominus, & quoad ejus facere licet, det operam, ut eorum nomen immortalitati commendetur. Qui profecto mos generoso homine, & liberaliter instituto dignus quam aetate hac nostra, atque inficeto, nequid gravius dicam, & infortunato hoc saeculo sit plane insolens; quam portenti etiam similis, quis non videt? Sed haec ἐν παρόδῳ: ad Danielium redeamus. Is igitur, quum superiore anno fato concessisset NICOLAVS EVGENIVS ANGELIVS; *de cujus viri interitu, ut de Q. Hortensii morte scripsit Tullius, opinione omnium majorem animo cepit dolorem; cum eo enim inveterata familiaritas, atque*

 adeo

adeo omnes amicitiae necessitudines intercesserant; quippe qui & eadem coluerant studia, & eorundem summorum virorum consuetudine complures annos usi fuerant; quum moderate, ut sapientem decet, satis luctui, & lacrimis fecisset, ad ejus latina & italica colligenda Carmina animum appulit, quae plurima illum conscripsisse probe meminerat. Sed quid quaeris? Vix paucas male digestas chartulas reperire licuit; Carminum nempe ejus partem minimam, eamque haud scio an non praestantissimam. Frustra illa conquisita, frustra ab amicis efflagitata; Auctor enim, qua erat modestia, neque iis largitus est unquam, neque sibi ullum in forulis, uti par erat, eorum exemplum servavit. Ea tamen certe sunt Carmina haec paucula, quae veluti a naufragio tabulae servata (praeter duo epigrammata, vel tria jam edita) nunc primum prodeunt; ut exquisitum, elegansque hominis judicium, & doctrinam satis ostendant; & ingentem nobis, ut alia quamplura id genus emitterentur, cupiditatem injiciant. Quod si difficili cuiquam, ac moroso lectori ea plane non arriserint; Ovidia-

dianum illud reponam:

. . . . non ſunt haec edita ab ipſo;
Sed quaſi de domini funere rapta fui.

Tu interea, Lector benevole, & Danielii, qui libellum ſua impenſa edendum curavit, mihique ut de Auctoris vita Commentarium ſcriberem auctor fuit, in amicum vel defunctum eximiam voluntatem, & meum gratificandi viro de me optime merito ſtudium aequi bonique conſulito. Hoc te volebam. Vale.

DE

DE VITA ET STVDIIS

NICOLAI EVGENII ANGELII

NICOLAVS EVGENIVS Romae natus XVII. Kal. Decembr. ann. CIƆIƆCCXXVIII. parentes habuit Ignatium Angelium, & Antoniam Caravelliniam Romanos cives nec obscuro apud suos genere, & a re familiari satis instructos. Qui infantem filium non multo post initiandum christianis sacris curarunt in aede Principis Apostolorum, quae est ad Vaticanum, sponsore, ut moris est, & susceptore Francisco Nicolao Locrensi ex Brutiis, qui tum in urbe vivebat, & ob vitae, morumque integritatem, artiumque optimarum studia, quibus mire excultus erat, in maxima apud omnes erat gratia. Quum autem in puero jam quadrienni, praeter eximiam ingenii indolem, mira eluceret memoriae vis, atque ad animum litteris colendum propensio, Nicolaus, qui amare jam tum non vulgariter puerum coeperat, suarum esse partium duxit ejusdem instituendi in se curam suscipere, in eoque munere omne suum studium, omnemque operam collocare: Quam certe operam alumno quidem suo frugiferam & fructuosam, sibi vero ad posteros honestiorem, laudisque foecundiorem vir intelligens & acutus augurabatur; in quo opinio hominem non fefellit. Itaque ANGELIVM, impetrata a parentibus venia, secum domum abductum non mo-

do

do liberaliter educere, perinde ac si filius esset; verum etiam omnibus quibus potuit doctrinis, pro ejus aetatis captu, sedulo imbuere est aggressus. Atque a latinis orsus litteris, eam in ANGELIO erudiendo viam instituit, qua ipsum non tam per spissa grammaticorum praecepta, ac velut senticeta, quam per liberos aureae aetatis scriptorum campos deduceret. Quo factum est, ut quum vix octavum annum attingeret, Terentii latinas comoedias in nostratium sermonem non difficulter verteret. Quumque ludis Bacchanalibus eaedem comoediae ab honestis adolescentulis in Romano Orphanotrophio in Saxonum Ducis gratiam agerentur; ibi primum ANGELIVS, iterumque in Collicolarum aedibus tam venuste, tamque suaviter partibus sibi impositis functus est; tamque apposite gestum fecit, habitumque corporis, ac vocem effinxit; ut unus omnium maximas spectatorum acclamationes, plaususque excitaverit. Non absimili ratione Nicolaus, quum satis compertum haberet, illud potissimum curandum esse, ut sua quisque lingua recte loquatur ac scribat; neque ea laude ac virtute carere nos posse, quin iidem agrestes scilicet, atque inhumani habeamur; in ejus quoque studio, quod plerique omnes modo negligunt, instituere ANGELIVM coepit. Nec interim veteris historiae, rerumque a principe gentium populo gestarum notitia alumnum suum fraudabat; quod ea res cum ad erudiendum animum, moresque temperandos

dos multum valeret; tum longe majora inde adjumenta suppeditarent ad latinos scriptores intelligendos, (quo tum maxime Nicolaus spectabat) latinaeque linguae vim, & proprietatem plenius assequendam. Gallici quoque, & teutonici sermonis ignarum alumnum suum esse non patiebatur; sed graeci cum primis, cujus beneficio non ignorabat, scientias omnes artesque in Latium fuisse invectas, ad nosque propagatas. Quin & illa erudito homini quum penitus animo insideret usurpata in vulgus vox, *nullis in litteris nos esse aliquid sine graecitate*, praeceptorem ei curavit Dominicum Raymundium, indidem ex Brutiis, virum aetatis suae graece doctissimum, qui Homerum totum, & plerosque graecos poetas memoria tenebat, eorumque loca fideliter, sicubi opus esset, quae velles, & quatenus velles, reddebat; atque is tum in Romano foro non minore juris scientia, bonique viri laude, consensu totius civitatis, florebat. Eo igitur doctore usus ANGELIVS, mirum quantos cum in graecis litteris, omnique adeo humanitate, atque doctrina progressus fecit, tum deinceps in dialectices, & philosophiae studiis.

Quum autem is, qui natura ad omnem litterarum eruditionem factus videbatur, & ab optimis praeceptoribus egregie fuerat institutus, doctrinae non una dedisset specimina, in familiaritatem virorum ea tempestate eruditione praestantium brevi pervenit.

nit. Potiſſimum vero ſumma voluntate accitus, ſummoque ſtudio exceptus ille fuit in privatos Hieronymi Lagomarſinii conventus, hominis latinae eloquentiae laude praecellentiſſimi; Franciſci Laurentini, poetae ingenioſiſſimi; Iacobi Zaghetti aeque latina, & italica poeſi praeſtantiſſimi; quicum a puero amicitiam junxerat; nec deinceps unquam ea labefactata eſt, ſed aucta in dies, atque ad alterius obitum ſtudioſiſſime retenta; Thomae Mamachii; fratrum Bonamiciorum; aliorumque, ad quos me forte infra ſermo revocabit. Sed quum ANGELII fama univerſam urbem ſenſim pervagata eſſet, primo in Arcadum, quam vocant, Academiam, Coetus univerſi conſulto, quum annos natus eſſet undeviginti, adlegitur; deinde anno poſt, Kal. Aug. CIƆIƆCCXLVIII. in ampliſſimam alteram Infoecundorum ab Hippolyto Maraccio, doctrina, pietateque illuſtri viro anno CIƆIƆCXXXII. inſtitutam; cui ab elegantioribus ejus ſtudiis, & bonarum artium peritia non mediocre additum iri ornamentum ſperare dabatur; ut honorificentiſſimae ad eumdem communi nomine datae litterae teſtantur.

His ex rebus nobilis inter aequales Noſter ferebatur, clariſſimeque explendeſcebat; ex quo factum eſt, ut facillimus ei patuerit aditus ad ampliſſimos Romanae Eccleſiae patres, Corſinium, Gallium, Tamburrinium, Veteranium, Pallavicinium, Torregianium, Borgheſium Cardinales; qui adoleſcentis

do-

doctrina, ac probitate illecti, quanti eum facerent, non obscuris indiciis, ubicumque usus venisset, ultro significabant. Ac tametsi tanto domi in honore haberetur, atque in tanta viveret celebritate; tamen alio jamdiu cogitatione spectabat, deque urbe relinquenda serio secum, & cum Nicolao agebat.

Itaque anno CIϽIϽCCXLIX., quum certiores de suo consilio amicos fecisset, atque a principibus viris, quibus familiariter usus fuerat, missionem impetrasset, Roma discessit, & Neapolim ad legum studia capessenda, tamquam in Berytum alteram, cum Francisco Nicolao concessit. Ac Nicolaus, qui numquam antea passus erat, Angelium ab se ne puncto quidem temporis segregari; quum multos annos Romae magnis esset muneribus defunctus apud amplissimos Cardinales Nicolaum Cosciam, Iulium Alberonium, Franciscum Borghesium; quibus omnibus tum in latinis epistolis scribendis, tum in difficillimis expediendis negotiis probatissima ejus opera, atque industria fuit; tandem annis ingravescentibus Locros in patriam domum remigrare constituit; ibique reliquum siquod erat temporis, in otio litterarum degere, suorumque civium ingenia ad optimas colendas artes excitare; itaque fecit. Nam quum Neapoli Angelium honestissimorum amicorum curae commendasset, ac praecipue Ludovici Cerinii, qui tum Ludovico Gualterio Apostolico ad Carolum Regem Legato ab epistolis erat; vir latine fa-

ne doctus, magnanimusque, & liberalis in omnes; ipse domum remigravit.

Angelius autem non modo nihil admisit unquam, quod ipsum benevolentia eorum, quibus fuerat a Nicolao commendatus, faceret indignum; sed modestia, ingenio, virtute sua carus omnibus erat, maxime Alexio Symmacho Mazochio, cujus nomen tantum hic commemorasse ingens est huic Commentariolo decus addidisse; Francisco Ferrantio Rhegino, qui non multo post Episcopus Andriensis fuit creatus; tumque apud Pontificium Legatum Apostolici Fisci patronum agebat; Ferdinando Nannio Amphissiae in magna Graecia summo loco nato, & latino magni nominis poetae; Honuphrio de Colaciis, viro honestissimo, neque in vernacula poesi invenusto; Caesari denique Bozzonio; qui priusquam Locros ad Ecclesiam regendam suae fidei creditam Neapoli discederet, majorem in modum Angelium Iosepho Aurelio de Ianuario XXIV Viro Sacri Consilii commendavit. Neque inanis ea fuit commendatio; quippe cujus gratia magni semper Iosephus Aurelius Angelium fecit, & quibuscumque potuit rebus, juvare studuit.

His igitur officiis adjutus Noster ad jus legesque cognoscendas animum intendit. Utque vastam per se, multiplicemque facultatem non modo auditione, quod in publico Gymnasio faciebat, sed privatim etiam a puris fontibus hauriret; nec, ita ut

mul-

multi faciunt, rivulos consectaretur, ipsum civilis juris corpus perlegendum sibi sumpsit, optimis usus interpretibus, Vinnii praesertim Commentariis, & Gravinae Originibus, quibus admodum delectabatur. Quod supererat temporis, ad bonas litteras recolendas, graecas cum maxime, ad quod eum Franciscus Nicolaus frequentissimis epistolis hortabatur, se referebat; & praecipue Catulli, Lucretiique carmina, quae delicias suas appellabat, sed Lucretii magis versare solitus erat; ex cujus lectione suum illud hausit dicendi genus salubre ac sincerum, sed austeritati aliquanto, &, si dicendum est, tristitiae, quam suavitati propius. Absolutis igitur legum studiis, in forum venit, ducibus, ac praemonstratoribus Francisco Sanctorio, & Iohanne Baptista Monsolinio egregiis jurisconsultis, quorum priori in civilibus caussis; Monsolinio autem in ea juris parte, quae de criminibus, rebusque capitalibus est, primas vulgo nostri tum deferebant. Sed quum natura pronus ad politiorem humanitatem ferretur, ad forum animo accessit sane quam aegerrimo.

Interea Franciscus Nicolaus, qui Locros secesserat, vere φιλόπατρις, adolescentibus, quorum ingenia ad litteras accomodatissima pernosceret, rationem, suo ipsius periculo edoctus, facile commonstrabat, qua rectam studiorum viam ingrederentur; eosque vice cotis, ut poetae utar verbo, fungens, cohortari, monere, atque incitare in eas magis ma-

gisque in dies arripiendas non desistebat; propositis praestantissimorum virorum exemplis, Timaei, Euthicratis, Charondae, Zaleuci; quos olim iisdem in regionibus, maximeque Locris sapientiae opinione floruisse ne rudi quidem plebeculae non notum erat; & ex poetis Xenocratem, Glaucum, aliosque carminis epici, & lyrici laude claros. Iamque Arcadum poetarum Coloniam deduxerat anno CIↃIↃCCLII., quum ANGELIUS Romam, ut sua nonnulla expediret negotia, commigrarat. Neapolim reversus, quippe qui animo repetebat singularem Nicolai amorem, atque innumera ab eo in se collata beneficia; quumque memoriam sine turpissima ingrati animi labe abjicere non posset, se, quidquid in litteris profecisset, illi acceptum referre debere, ad eum invisendum anno CIↃIↃCCLIII. Locros profectus est. Ibi vero quum degeret, in frequentissimis doctorum virorum conventibus multa pro re, & tempore carmina omnium assensione recitavit; quae in postremo libro videre est, suis quaeque temporibus attributa. Sed & alia quamplurima vel ab ANGELIO, vel quae is composuerat, a Francisco Nicolao illic recitata & in Antistitem Caesarem Bozzonium, & pro confirmata Teresiae Grimoaldae Locrensium Principis valetudine, & in funere Marcelli Philamarini Episcopi Melitensis, misere deperdita lugemus. Ea certe plurimum nominis, & gratiae Nostro apud illos pepererunt; multosque cum genere, tum eruditione in-

insignes viros eidem adjunxerunt; velut Michaelem Arcanum illustri apud Locrenses loco, & auctoritate; Nicolaum Franzeum latinis, nostratibusque litteris oppido excultum; cujus exstat italicum carmen in Divam Venerandam Locrensium patronam de latine Francisci Nicolai expressum; Iosephum Parlatum cum latine scribendi peritia, tum rerum forensium usu domi, forisque nobilem; aliosque praeterea, quos non commemoro, non quod superioribus illis non multis partibus pares; sed quod multo trium illorum illustrius studium, quam ut silentio praeteriri posset, in ANGELVM fuit.

Paucos menses Locris apud Nicolaum moratus Neapolim rediit, intermissam forensem operam revocaturus; atque in variis privatorum caussis agendis summa cum laude aliquot annos versatus est. Verum, quum se artibus, ac versutiis rabularum, latratorumque accomodare homo ingenua, ac simplici natura nec posset, nec vero vellet; quumque nimium gravate ferret ambire judices sexcentis officiis; idque quotidie ferme, nec assentationibus aliquando non uti debere, ab instituto cursu sibi recedendum omnino statuit. Itaque relicto foro, rursus ad elegantiores sese musas convertit; ac priori studio libentissime obsequens suo, opus certe egregium aggressus est, quod a multis antea tentatum, nemo ad eam diem perfecerat. Totas enim viginti, quae supersunt, Plauti comoedias, italicis versibus

reddendas suscepit; quum antea unam, alteramve tantum fabulam multi convertissent; quae tamen non eae visae sunt eruditis esse, ut cum laude commemorari possent, teste vel ipso Tiraboschio. At enim Zaghettus italico & ipse sermone easdem reddiderat; verum ne illam quidem Plautinarum fabularum interpretationem vere dicas, sed Plau-
tius fabulas aliena larva indutas; no
Aeneidem Iohannes Baptista Lallius
personatam nominavit. In hoc autem
re, quod maximis ubique locorum r
excepere, illud potissimum mirari l
latina Plauti verba persecutus est, u
pro verbo reddiderit: sententias v
formas, ac genus omnium verborum
servavit, ut ea non adnumerasse lec
quam appendisse quis non contendat
Plauti comoedias non ut interpres
expressit; ut interpretationem illam
tum ipsum italice loquentem audire
gni profecto Zaghettus ipse eam dux
ctori per litteras sit gratulatus; & ut
tinae Academiae suffragiis adprobandan
tatus sit; quod facere Noster, ut erat
neglexit. Tanti laboris specimen jam
gus ediderat; quum anno CIƆIƆCCLX ... vo-
lumine duas castigatiores comoedias, Aululariam,
& Captivos emisit: ut eruditorum judicia de tota

ista

ista interpretandi ratione, quam sequutus erat, expiscaretur. Quod sane specimen adeo Vito M. Iuvenatio probatum fuit, viro eruditissimo, & quo nemo melius Plautinas veneres callet, ut Auctori ad opus perficiendum saepius animos addiderit. Ubi vero magnis in laudibus duas illas fabulas tota fuisse Italia cognovit, tum demum opus integrum in decem volumina distributum prodire passus est; quorum singula singulis qua patronis, & favitoribus suis, qua amicis, & familiaribus inscripsit.

Verum dum ANGELIUS, foro posthabito, sibi tantum & Musis canere, hoc est beate vivere decreverat, doctrinae, atque eruditionis ejus fama jam percrebrescente, III. Idus Iun. ann. CIƆIƆCCLXXVII. primo inter Libellenses Regii Scrinii Iustitiae, Clementiaeque cooptatus est, opera praesertim Maximiliani Murenae, qui tunc temporis principem inter eos locum obtinebat, & familiarissime ANGELIO utebatur; deinde ab optimo Principe, cui suam fidem, integritatem, abstinentiam satis jam probaverat, principem & ipse inter eosdem locum obtinuit. Atque in hoc munere obeundo, quod res privatas, publicasque non unius, aut alterius provinciae complectebatur, ita se gessit, ut Dominicus Caracciolus Marchio, quum vice sacra Siciliam regeret, eum saepe appellare non dubitaverit virum duplici lorica armatum, doctrina, & honestate; adeoque Carolo Demarcho primum, tum Xaverio Simonettae Summis li-

do liberaliter educere, perinde ac si filius esset; verum etiam omnibus quibus potuit doctrinis, pro ejus aetatis captu, sedulo imbuere est aggressus. Atque a latinis orsus litteris, eam in ANGELIO erudiendo viam instituit, qua ipsum non tam per spissa grammaticorum praecepta, ac velut senticeta, quam per liberos aureae aetatis scriptorum campos deduceret. Quo factum est, ut quum vix octavum annum attingeret, Terentii latinas comoedias in nostratium sermonem non difficulter verteret. Quumque ludis Bacchanalibus eaedem comoediae ab honestis adolescentulis in Romano Orphanotrophio in Saxonum Ducis gratiam agerentur; ibi primum ANGELIUS; iterumque in Collicolarum aedibus tam venuste, tamque suaviter partibus sibi impositis functus est; tamque apposite gestum fecit, habitumque corporis, ac vocem effinxit; ut unus omnium maximas spectatorum acclamationes, plaususque excitaverit. Non absimili ratione Nicolaus, quum satis compertum haberet, illud potissimum curandum esse, ut sua quisque lingua recte loquatur ac scribat; neque ea laude ac virtute carere nos posse, quin iidem agrestes scilicet, atque inhumani habeamur; in ejus quoque studio, quod plerique omnes modo negligunt, instituere ANGELIUM coepit. Nec interim veteris historiae, rerumque a principe gentium populo gestarum notitia alumnum suum fraudabat; quod ea res cum ad erudiendum animum, moresque temperandos

dos multum valeret; tum longe majora inde adjumenta suppeditarent ad latinos scriptores intelligendos, (quo tum maxime Nicolaus spectabat) latinaeque linguae vim, & proprietatem plenius assequendam. Gallici quoque, & teutonici sermonis ignarum alumnum suum esse non patiebatur; sed graeci cum primis, cujus beneficio non ignorabat, scientias omnes artesque in Latium fuisse invectas, ad nosque propagatas. Quin & illa erudito homini quum penitus animo insideret usurpata in vulgus vox, *nullis in litteris nos esse aliquid sine graecitate*, praeceptorem ei curavit Dominicum Raymundium, indidem ex Brutiis, virum aetatis suae graece doctissimum, qui Homerum totum, & plerosque graecos poetas memoria tenebat, eorumque loca fideliter, sicubi opus esset, quae velles, & quatenus velles, reddebat; atque is tum in Romano foro non minore juris scientia, bonique viri laude, consensu totius civitatis, florebat. Eo igitur doctore usus ANGELIVS, mirum quantos cum in graecis litteris, omnique adeo humanitate, atque doctrina progressus fecit, tum deinceps in dialectices, & philosophiae studiis.

Quum autem is, qui natura ad omnem litterarum eruditionem factus videbatur, & ab optimis praeceptoribus egregie fuerat institutus, doctrinae non una dedisset specimina, in familiaritatem virorum ea tempestate eruditione praestantium brevi pervenit.

nit. Potissimum vero summa voluntate accitus, summoque studio exceptus ille fuit in privatos Hieronymi Lagomarsinii conventus, hominis latinae eloquentiae laude praecellentissimi; Francisci Laurentini, poetae ingeniosissimi; Iacobi Zaghetti aeque latina, & italica poesi praestantissimi; quicum a puero amicitiam junxerat; nec deinceps unquam ea labefactata est, sed aucta in dies, atque ad alterius obitum studiosissime retenta; Thomae Mamachii; fratrum Bonamiciorum; aliorumque, ad quos me forte infra sermo revocabit. Sed quum Angelii fama universam urbem sensim pervagata esset, primo in Arcadum, quam vocant, Academiam, Coetus universi consulto, quum annos natus esset undeviginti, adlegitur; deinde anno post, Kal. Aug. CIↃIↃCCXLVIII. in amplissimam alteram Infoecundorum ab Hippolyto Maraccio, doctrina, pietateque illustri viro anno CIↃIↃCCXXXII. institutam; cui ab elegantioribus ejus studiis, & bonarum artium peritia non mediocre additum iri ornamentum sperare dabatur; ut honorificentissimae ad eumdem communi homine datae litterae testantur.

His ex rebus nobilis inter aequales Noster ferebatur, clarissimeque explendescebat; ex quo factum est, ut facillimus ei patuerit aditus ad amplissimos Romanae Ecclesiae patres, Corsinium, Gallium, Tamburrinium, Veteranium, Pallavicinium, Torregianium, Borghesium Cardinales; qui adolescentis do-

doctrina, ac probitate illecti, quanti eum facerent, non obscuris indiciis, ubicumque usus venisset, ultro significabant. Ac tametsi tanto domi in honore haberetur, atque in tanta viveret celebritate; tamen alio jamdiu cogitatione spectabat, deque urbe relinquenda serio secum, & cum Nicolao agebat.

Itaque anno CIↃIↃCCXLIX., quum certiores de suo consilio amicos fecisset, atque a principibus viris, quibus familiariter usus fuerat, missionem impetrasset, Roma discessit, & Neapolim ad legum studia capessenda, tamquam in Berytum alteram, cum Francisco Nicolao concessit. Ac Nicolaus, qui numquam antea passus erat, ANGELIVM ab se ne puncto quidem temporis segregari; quum multos annos Romae magnis esset muneribus defunctus apud amplissimos Cardinales Nicolaum Cosciam, Iulium Alberonium, Franciscum Borghesium; quibus omnibus tum in latinis epistolis scribendis, tum in difficillimis expediendis negotiis probatissima ejus opera, atque industria fuit; tandem annis ingravescentibus Locros in patriam domum remigrare constituit; ibique reliquum siquod erat temporis, in otio litterarum degere, suorumque civium ingenia ad optimas colendas artes excitare; itaque fecit. Nam quum Neapoli ANGELIVM honestissimorum amicorum curae commendasset, ac praecipue Ludovici Cerinii, qui tum Ludovico Gualterio Apostolico ad Carolum Regem Legato ab epistolis erat; vir latine fa-

ne doctus, magnanimusque, & liberalis in omnes; ipse domum remigravit.

Angelius autem non modo nihil admisit unquam, quod ipsum benevolentia eorum, quibus fuerat a Nicolao commendatus, faceret indignum; sed modestia, ingenio, virtute sua carus omnibus erat, maxime Alexio Symmacho Mazochio, cujus nomen tantum hic commemorasse ingens est huic Commentariolo decus addidisse; Francisco Ferrantio Rhegino, qui non multo post Episcopus Andriensis fuit creatus; tumque apud Pontificium Legatum Apostolici Fisci patronum agebat; Ferdinando Nannio Amphissiae in magna Graecia summo loco nato; & latino magni nominis poetae; Honuphrio de Colaciis, viro honestissimo, neque in vernacula poesi invenusto; Caesari denique Bozzonio; qui priusquam Locros ad Ecclesiam regendam suae fidei creditam Neapoli discederet, majorem in modum Angelium Iosepho Aurelio de Ianuario XXIV Viro Sacri Consilii commendavit. Neque inanis ea fuit commendatio; quippe cujus gratia magni semper Iosephus Aurelius Angelium fecit, & quibuscumque potuit rebus, juvare studuit.

His igitur officiis adjutus Noster ad jus legesque cognoscendas animum intendit. Utque vastam per se, multiplicemque facultatem non modo auditione, quod in publico Gymnasio faciebat, sed privatim etiam a puris fontibus hauriret; nec, ita ut mul-

multi faciunt, rivulos consectaretur, ipsum civilis juris corpus perlegendum sibi sumpsit, optimis usus interpretibus, Vinnii praesertim Commentariis, & Gravinae Originibus, quibus admodum delectabatur. Quod supererat temporis, ad bonas litteras recolendas, graecas cum maxime, ad quod eum Franciscus Nicolaus frequentissimis epistolis hortabatur, se referebat; & praecipue Catulli, Lucretiique carmina, quae delicias suas appellabat, sed Lucretii magis versare solitus erat; ex cujus lectione suum illud hausit dicendi genus salubre ac sincerum, sed austeritati aliquanto, &, si dicendum est, tristitiae, quam suavitati propius. Absolutis igitur legum studiis, in forum venit, ducibus, ac praemonstratoribus Francisco Sanctorio, & Iohanne Baptista Monsolinio egregiis jurisconsultis, quorum priori in civilibus caussis; Monsolinio autem in ea juris parte, quae de criminibus, rebusque capitalibus est, primas vulgo nostri tum deferebant. Sed quum natura pronus ad politiorem humanitatem ferretur, ad forum animo accessit sane quam aegerrimo.

Interea Franciscus Nicolaus, qui Locros secesserat, vere φιλοπάτρις, adolescentibus, quorum ingenia ad litteras accomodatissima pernosceret, rationem, suo ipsius periculo edoctus, facile commonstrabat, qua rectam studiorum viam ingrederentur; eosque vice cotis, ut poetae utar verbo, fungens, cohortari, monere, atque incitare in eas magis ma-

 gis-

gisque in dies arripiendas non desistebat; propositis praestantissimorum virorum exemplis, Timaei, Euthicratis, Charondae, Zaleuci; quos olim iisdem in regionibus, maximeque Locris sapientiae opinione floruisse ne rudi quidem plebeculae non notum erat; & ex poetis Xenocratem, Glaucum, aliosque carminis epici, & lyrici laude claros. Iamque Arcadum poetarum Coloniam deduxerat anno CIƆIƆCCLII., quum ANGELIUS Romam, ut sua nonnulla expediret negotia, commigrarat. Neapolim reversus, quippe qui animo repetebat singularem Nicolai amorem, atque innumera ab eo in se collata beneficia; quumque memoriam sine turpissima ingrati animi labe abjicere non posset, se, quidquid in litteris profecisset, illi acceptum referre debere, ad eum invisendum anno CIƆIƆCCLIII. Locros profectus est. Ibi vero quum degeret, in frequentissimis doctorum virorum conventibus multa pro re, & tempore carmina omnium assensione recitavit; quae in postremo libro videre est, suis quaeque temporibus attributa. Sed & alia quamplurima vel ab ANGELIO; vel quae is composuerat, a Francisco Nicolao illic recitata & in Antistitem Caesarem Bozzonium, & pro confirmata Teresiae Grimoaldae Locrensium Principis valetudine, & in funere Marcelli Philamarini Episcopi Melitensis, misere deperdita lugemus. Ea certe plurimum nominis, & gratiae Nostro apud illos pepererunt; multosque cum genere, tum eruditione in-

insignes viros eidem adjunxerunt; velut Michaelem Arcanum illustri apud Locrenses loco, & auctoritate; Nicolaum Franzeum latinis, nostratibusque litteris oppido excultum; cujus exstat italicum carmen in Divam Venerandam Locrensium patronam de latine Francisci Nicolai expressum; Iosephum Parlatum cum latine scribendi peritia, tum rerum forensium usu domi, forisque nobilem; aliosque praeterea, quos non commemoro, non quod superioribus illis non multis partibus pares; sed quod multo trium illorum illustrius studium, quam ut silentio praeteriri posset, in ANGELIVM fuit.

Paucos menses Locris apud Nicolaum moratus Neapolim rediit, intermissam forensem operam revocaturus; atque in variis privatorum caussis agendis summa cum laude aliquot annos versatus est. Verum, quum se artibus, ac versutiis rabularum, latratorumque accomodare homo ingenua, ac simplici natura nec posset, nec vero vellet; quumque nimium gravate ferret ambire judices sexcentis officiis; idque quotidie ferme, nec assentationibus aliquando non uti debere, ab instituto cursu sibi recedendum omnino statuit. Itaque relicto foro, rursus ad elegantiores sese musas convertit; ac priori studio libentissime obsequens suo, opus certe egregium aggressus est, quod a multis antea tentatum, nemo ad eam diem perfecerat. Totas enim viginti, quae supersunt, Plauti comoedias, italicis versibus

reddendas suscepit; quum antea unam, alteramve tantum fabulam multi convertissent; quae tamen non eae visae sunt eruditis esse, ut cum laude commemorari possent, teste vel ipso Tiraboschio. At enim Zaghettus italico & ipse sermone easdem reddiderat; verum ne illam quidem Plautinarum fabularum interpretationem vere dicas, sed Plautinas potius fabulas aliena larva indutas; non secus ac Virgilii Aeneidem Iohannes Baptista Lallius a se conversam, personatam nominavit. In hoc autem Angelii opere, quod maximis ubique locorum plausibus eruditi excepere, illud potissimum mirari licet, quod adeo latina Plauti verba persecutus est, ut prope verbum pro verbo reddiderit: sententias vero, earumque formas, ac genus omnium verborum, vimque ita servavit, ut ea non adnumerasse lectori, sed tamquam appendisse quis non contendat? Ad summam Plauti comoedias non ut interpres, sed ut poeta expressit; ut interpretationem illam qui legat, Plautum ipsum italice loquentem audire videatur. Magni profecto Zaghettus ipse eam duxit; saepe ut auctori per litteras sit gratulatus; & ut eandem Florentinae Academiae suffragiis adprobandam curaret, hortatus sit; quod facere Noster, ut erat vir modestus, neglexit. Tanti laboris specimen jam antea in vulgus ediderat; quum anno CIↃIↃCCLXXX. uno volumine duas castigatiores comoedias, Aululariam, & Captivos emisit: ut eruditorum judicia de tota

ista

ista interpretandi ratione, quam sequutus erat, expiscaretur. Quod sane specimen adeo Vito M. Iuvenatio probatum fuit, viro eruditissimo, & quo nemo melius Plautinas veneres callet, ut Auctori ad opus perficiendum saepius animos addiderit. Ubi vero magnis in laudibus duas illas fabulas tota fuisse Italia cognovit, tum demum opus integrum in decem volumina distributum prodire passus est; quorum singula singulis qua patronis, & favitoribus suis, qua amicis, & familiaribus inscripsit.

Verum dum ANGELIUS, foro posthabito, sibi tantum & Musis canere, hoc est beate vivere decreverat, doctrinae, atque eruditionis ejus fama jam percrebrescente, III. Idus Iun. ann. CIƆIƆCCLXXVII. primo inter Libellenses Regii Scrinii Iustitiae, Clementiaeque cooptatus est, opera praesertim Maximiliani Murenae, qui tunc temporis principem inter eos locum obtinebat, & familiarissime ANGELIO utebatur; deinde ab optimo Principe, cui suam fidem, integritatem, abstinentiam satis jam probaverat, principem & ipse inter eosdem locum obtinuit. Atque in hoc munere obeundo, quod res privatas, publicasque non unius, aut alterius provinciae complectebatur, ita se gessit, ut Dominicus Caracciolus Marchio, quum vice sacra Siciliam regeret, eum saepe appellare non dubitaverit virum duplici lorica armatum, doctrina, & honestate; adeoque Carolo Demarcho primum, tum Xaverio Simonettae Summis li-

libellorum Magiſtris acceptus probatuſque fuit; ut in difficillimis quibuſque conficiendis negotiis eo uno maxime omnium uterentur.

Nunc quoniam eo loci adductus eſt ſermo, ut aliqua de tam multis, quae in ANGELIO amici notique ſuſpeximus, animi bona attingeremus, ingenui, gratique animi officium poſtulat, ut ceterarum etiam virtutum, quae ad excellentiſſimam illam optimarum diſciplinarum inſtitutionem acceſſerunt, mentio fiat. Fuit igitur ANGELIVS officioſus in omnes, maxime in amicos; quos ſiqua ſua ipſius opera indigere animadvertebat, nulli labori, nulli ſumptui parcebat, quin omnem iis, quoad poſſet, opem ferret. Saepe inopum nomina ſolvit; ſua perraro, vel numquam exegit. Nec florentibus ſe venditavit; ſed afflictis, quos comiter excipiebat, ſemper praeſto fuit. Superbe ſe numquam extulit; quantoque demiſſius de ſe ipſe, deque ſuis rebus, tanto prolixius de ceteris ſentiebat. Eius ſermo ſine fuco, & ſine fallacia; quamobrem non omnia quaecumque rogabatur, e veſtigio promittebat; non enim liberales, ſed leves cenſendos ſapientiſſimus homo arbitrabatur, qui ea polliceantur, quae praeſtare non poſſint; ſuſceptum vero negotium non ſecus agebat, ac ſi ſua res eſſet. Idem modeſtus, ſupra quam credibile cuique eſt; itaque numquam honores petiit, licet ei paterent propter vel exhauſtos labores, & collocatam tot annis operam ſtrenuam, ac fidelem

in

in ſuo munere perfungendo; vel gratiam; vel magnam, quam habebat, opinionem virtutis; adeo ut apprime in eum quadrare illud poetae videatur:

Ingenium probitas, artemque modeſtia vicit.

Nihil unquam a Principibus Dominis ſuis petiit, ne ſemel quidem; excepto quod Ioſepho Petroblaſio ſororis filio ſacerdotium oravit, exoravitque unum ex Farneſianis. Iis vero contentus, quae ad vitam honeſte, ac moderate traducendam ſatis eſſent, reponere ſolitus omnibus, qui eum ad opes comparandas hortarentur, cum Lucretio ſuo

Divitiae grandes homini ſunt vivere parce
Aequo animo; neque enim eſt uſquam penuria parvi;

pecunia, quae modico victui ſupererat ac cultui, ad propinquorum, vel amicorum inopiam levandam utebatur. Nam ſororem viduam, quam ſecum domi habebat, complures annos aluit. Non minora in germanum fratrem, Secundum nomine, benevolentiae, gratique animi teſtimonia praebuit. Hunc enim, qui continenter ei adfuit, parentiſque loco reveritus ſemper eſt, alterius vere parentis vicem praeſtans, inter Libellenſes Regii Scrinii Iuſtitiae, Clementiaeque ſuis officiis curavit adlegendum. Sed & Ioſephum, quem ante commemoravimus, ſororis filium, annua penſione de ſuo conſtituta, in Romano Collegio educari, atque erudiri enixius ſtuduit. Patiens praeterea, ut numquam neque cum ſuis, neque cum amicorum quopiam fuerit in ſimultate.

 Mu-

Munera semper respuit, abstinens admirandum in modum. Idem fortis, atque aequam servare mentem edoctus in utraque fortuna, frangi numquam visus est adversis rebus; in secundis numquam efferri. Christianae tandem religionis, omniumque ejus dogmatum, & praeceptorum perpetuo tenax, nil unquam dixit, nil egit, quo christiani hominis integritati vel levis macula inureretur.

Haec cum ita sint, mirari profecto quivis desinet, cur nemo unus, prope dixerim, ex litteratis viris fuerit, quin hominem nosse, & necessitudinem cum eo conjungere exoptarit. Amicos igitur magno numero cum Romae, tum Neapoli, & in longinquis regionibus habuit. Omnium facile princeps fuit Franciscus Nicolaus, de quo satis hactenus meminimus; quemque sua ipsius elegantissima carmina ab ANGELIO collecta, & Neap. edita anno CIↃIↃCCLXXII. typis Raymundianis, posteritati satis commendarunt. Ille autem qua ANGELIVM puerum benevolentia instituendum susceperat, eadem, quoad vixit, & fovere, & colere perrexit; qui ipsi pari observantia, atque opera pro sua virili respondit. Ex iis vero (ut temporum ordinem sequamur), qui Romae Nostro amicitia conjunctissimi fuerunt, praeter eos, de quibus jam memoravimus, praetermittendi non sunt Michaël Angelus Iacomellus, qui fuit Clementi XIII. P. M. ab epistolis ad Viros Principes, vir cum omni doctrina instructissimus,

tum

tum graece, latineque maxime sciens; Benedictus Stayus latinae eloquentiae in Romano Gymnasio tum professor, mox Iacomelli in eodem Pontificalium Litterarum munere successor; mathematicus, philosophus, & poeta insignis; quem aetatis nostrae Lucretium merito dixeris; fratres Bonamicii, Philippus, & Castrucius Comes, is qui de rebus ad Velitras gestis, deque Bello Italico commentarios edidit latini sermonis elegantia Augusteo saeculo pares; Iohannes de Luca Venetus, ex Divi Francisci familia, magnus ejus aetatis theologus, & quum latine scriberet, non sane inelegans; cui mors importuna purpurae honorem invidit. In iis, qui Neapoli ANGELIO familiares fuere, non sine maximo mei animi dolore, utpote vita jam functi, offerunt sese Paulus Moccia, graecae linguae, & politiorum litterarum in Regio ephebaeo tunc praeceptor; ab ipso ANGELIO propter ingenii festivitatem, nomine parum inflexo, Plautus appellatus; Dominicus Malarbius Regiae bibliothecae praefectus, vir sane πολυμαθέστατος; Cajetanus Capycius ex Archiepiscopo Tranensi Puteolanus Episcopus, vir in re theologica, & philosophica satis spectatus; Andreas Labinius Clericus Regularis, Regiarum Puellarum confessionibus erratorum excipiendis praepositus, postea Archiepiscopus Nazarenus renunciatus, vitae innocentia incomparabili, atque humanarum, divinarumque rerum doctrina excultissimus; Maximilianus Murena,

in

in theologia naturali, & in jure civili versatissimus; qui ex Libellensium Regii Scrinii Iustitiae, Clementiaeque primo delectus Aerarii maritimarum rationum Procurator generalis, in eo munere obiit; majora assequuturus, ni mors prohibuisset; Iosephus Carullus, suae aetatis, si carmina scriberet, alter Catullus; si orationes, hetruscus Tullius; denique Galiani fratres, Berardus Marchio, mathéseos, & architectonices studiis, ac Vitruvii interpretatione clarus; & Ferdinandus Abbas, multijuga eruditione, & praestantia ingenii fratre haud minor.

Amicorum autem numero ANGELIO nostro superstitum ii omnino accensendi, qui si posteriores hic ordine, non eas tamen in necessitudine cum illo partes tulerunt; scilicet Franciscus Xaverius Gualterius, ex Regiae Bibliothecae praefecto, & XV Viro Palatinae Academiae Herculanensis Aquilae patriae suae in Vestinis Antistes, doctrina, morumque suavitate insignis; Iosephus Garganus, vir merito suo primum in sanctius XXIV Virorum Consilium adscitus, mox in Regia Camera Summarum Rationum Praeses, modo in Apulia Daunia agro scriptuario regundo ab optimo Principe praepositus; Horatius Cappellus in transfretanae Siciliae administratione Regi a secretis; vir aureis moribus, & multiplici eruditione commendatissimus; Iohannes Baptista Colajannes, in Neapolitano exercitu Militum Tribunus, bonis litteris excultus, & usu rerum spectatissimus; Nicolaus Hono-

noratus ex familia Fratrum Minorum, juris naturalis, rerumque georgicarum Salerni in Regio Gymnasio professor; idemque orator grandiloquus; Vincentius Meola inter Regiae Neapolit. Academiae Scientiarum, & politiorum Litterarum socios conscriptus, & non uno elegantis ingenii foetu educto praeclarus; denique par fratrum egregiorum, ut ceteros missos faciam; (neque enim omnes libelli modus persequi patitur.) Iosephus, inquam, Danielius, quem militiae, cui a prima aetate nomen dedit, munera numquam a bonarum artium studiis abstraxerunt; & Franciscus, FERDINANDI IV. Regis nostri, & Equitum Melitensium historicus, Palatinaeque Herculanensis Academiae a secretis; cujus doctrinam, & ingenium, si pro eo, quantum merentur, & ipse deberem, ornare verbis coner, frustra sim; cui enim paullo humaniori, populari, externove non Francisci Danielii nomen auditum est? Quis autem, ubi ipsum audiverit, non ei statim viri undecumque doctissimi, in Musarum, & Gratiarum adeo sinu alti atque educati animo species obversatur?

Neutiquam vero committam, ut taciti mihi relinquantur viri Principes, qui ANGELII doctrinam demirati, virtutemque reveriti, amicitiam ejus magni semper fecerunt. Prae ceteris mihi occurrunt Iosephus Wilzeckius S. R. I. Comes, jamdiu Caesaris Orator extra ordinem ad FERDINANDVM IV. D. N., morum integritate praeclarissimus; litterarum,

rum,

rum, & litteratorum eximius cultor; Augustus Lobkowitzius S. R. I. Princeps, summi illius imperatoris filius, qui singularem in bello Italico sibi peperit gloriam; Franciscus de Aquino Caramanici Princeps, exquisitissimi judicii vir, Siciliae transfretanae Prorex; Alphonsus Ayroldus Archiepiscopus Heracleensis, & in Supremo Siculae Monarchiae Magistratu Iudex, Caesarei, Pontificiique juris prudentissimus; Dominicus Caracciolus Marchio; qui hortante Maximiliano illo Murena, veteri cum ipso Caracciolo consuetudine conjuncto, ANGELIVM novit, ac suspexit, quum Parisiis, ubi Regia legatione perfunctus fuerat, rediit, ut Prorex in Siciliam proficisceretur; & dum illic ageret, eumdem perpetuo coluit, frequentibus illinc datis epistolis benevolentia plenis, omnibusque pronae voluntatis significationibus; ut propterea Noster grati animi ergo primum Plautinarum suarum volumen illi inscripserit; & dum Neapoli a sanctioribus Regi Consiliis, & Secretis fuit, ad extremum usque spiritum ANGELII amicitiam non neglexit; Augustinus Gervasius Campanorum Archiepiscopus, cum philosophicis, tum theologicis studiis, & ingenio ad omnia pene facto praestantissimus, nuper Regio Sacello, Regiaeque Studiorum Vniversitati Praefectus renunciatus; Innocentius Pignatellus Hierosolym. Ordinis Bajulivus, ex legatione apud Summum Pontificem redux, Divi Ianuarii cingulo ornatus; Carolus De-

mar-

marchus Marchio, Regi a Secretis, & a sanctioribus Consiliis, sanctimonia, constantia, fortitudine, abstinentia saeculi sui Caro, seu magis Curius; & postremo Xaverius Simonetta Marchio, Summus libellorum Regii Scrinii Iustitiae, Clementiaeque Magister, sapientiae, dexteritatis, consiliique plenus.

Superest nunc, ut de ANGELII morte dicam; quod, ne amicorum vulnera longiori narratione refricem, brevi expediam. Aetate satis provecta, & curis magis magisque in dies ingruentibus, valetudine minus commoda uti coeperat. Quamobrem, hortatu medicorum, in amoenissimam villulam ad radices Ermi montis orientem versus, non multis abhinc annis, praesertim aestate, ut salubriori coelo recrearetur, secedere in more habuit. Illuc autem pauci fere ex conjunctissimis & amicissimis probitate, & doctrina florentibus eum sub vesperam, quum ab officii munere vacuus esset, deducebant. Atque ii, quod hominem impense amabant, ejusque colloquiis, & consuetudine mirifice delectabantur, tres plerumque noctis horas honestis, & ut res sese dabant, eruditis disputatiunculis libentissime cum eodem traducebant. Quum igitur, ut consueverant, VI. Kal. Aug. ann. CIↃIↃCCXCV. in eum locum convenissent, vario instituto sermone, forte quidam italicum epigramma ex tempore a se fusum recitavit in pictorem, a quo ad vivum penicillo fuerat expressus; qua oblata occasione, ANGELIVS quoque aliud id ge-

nus carmen argumento persimili recitare coepit. At vix alterum tetrastichon absolverat, quum subito morbo, quem apoplexian graece vocant, correptus, persequi cetera non potuit. Quid plura? stupent ad repentinum hominis casum quotquot aderant amici, aut in lacrimas effunduntur; convocantur medici; accurrunt; semel, iterumque secatur vena; alia adhibentur, vel omnia potius salutaris artis auxilia; sed nihil proficitur: vixdum enim media ejus diei appetente nocte, mortem obiit; quum annos vixisset LXVI. mens. VIII. dies XV. Corpus in urbem translatum sepulturae mandatum est in coemeterio S. Mariae Angelorum ad Echiam; funus ducentibus sodalibus, quibus a Septem Doloribus B. Mariae Virginis nomen est; in quod sodalitium aliquot ante annis adscribi voluerat.

Fuit NICOLAVS ANGELIVS statura modica, ore macilento, aridoque, sed pleno dignitatis; acie oculorum hebeti; in incessu, congressionibusque severus, ac gravis; sed ita ut arrogantia, & supercilium abesset; nec si cum familiaribus ageret, jucunditas, & lepor desideraretur; verum parce idipsum quoque, & raro. Nam multo secum ipse tacita cogitatione loqui malebat, quam sermones cum alio serere.

CAR-

CARMINA.

NICOLAI EVGENII

A N G E L I I

C A R M I N V M

L I B E R I.

I.

DE LEGIBVS COLONIAE SANLEVCIANAE

AD FERDINANDVM IIII. P. F. A.

ETsi, queis polles virtutibus, optime Regum
  Rex, quotquot magnis gentibus imperitant,
Innumera ostendunt Tua diaque, claraque facta,
  Quae numquam veniens obteret ulla dies;
Attamen obtutu cupiat si quis velut uno,
  Totus qui sis, pernoscere Te interius,
Praecepta inspiciat parvo mandata libello
  Aurea, queis sanctis moribus instituis
Crescentem innocuam pubem, navosque colonos,
  Collem quos Leucum das, bonus, incolere.
Fortunata nimis gens Leucia, quam tenet arcte
  Mutua devinctam candidus unus amor.
Gaudia quin carpas vitae jucunda beatae,
  Tanto nil deerit Auspice, Rege, Patre.

II.

SVBSCRIPTVM IMAGINI FRANCISCI NICOLAI

QVAE PROSTAT CARMINIB. EIVSDEM NEAP. EDIT.

LVſtrum cum decimum ſextumque aetatis iniret,
Hac FRANCISCVS erat NICOLEOS facie.
Fortis, magnanimuſque idem, ſapienſque, diſertuſque,
Et Latii cultor nobilis eloquii.

III.

IN FVNERE NICOLAI FRAGIANNII MARCHION.

PRAEFECTI ANNONAE, ET REGIAE IVRISDICTIONI.

QVae tibi nunc priſco traduntur more parentum
Triſtia, FRAGIANNI, munera ad inferias,
Et tua quae cives certatim ad buſta ruentes
Mixta piis fundunt carmina cum lacrymis;
Non ideo data ſunt, nomen quod dentibus aevi
Ipſa tuum valeant eripere omnivoris:
Illud ſat per te famae aeternis monumentis
Mandatum floret, nec timet interitum;
Sed deſiderium, miſeros quod conficit, unum
Teſtatum voluere hac ratione tui.

IV.

IV.

DE CAESARE RVBEO

LOCRENSIVM ANTISTITE

Sub Anaximenis nomine celebrato.

Haec Elegia recitata est Locris in conventu doctorum virorum ab Auctore admodum tum juvene.

QVid me, docta cohors Pastores, litore longe
 Qui nostro terras concelebrare novas
Felicesque agros missi, compellitis ultro
 Omnes ignavum dicere Anaximenis
Et laudes, & facta boni, quo Rege sacrorum
 Vos adeo laetos, atque alacres video?
Haud equidem longo valeam revocare veterno
 Torpentes Musas, tangere & arte lyram;
Quae tenui jamdudum opere infelicis Arachnes
 Putrique, ac multo pulvere operta jacet.
Iam geminam Ledae sobolem, sedesque tepentes
 Perlustravit equis Sol quater ipse suis,
Arvaque puniceo cerealia tincta colore
 Culmine nutanti mobilis alta maris,
Et tremulas undas flabris imitata Favoni
 Firmarunt trepidi spem dubiam agricolae,

Ex quo me Euboicis quondam fundata colonis
Parthenope excepit alma parens gremio.
Ex illo Aonidum silvae, sanctique recessus,
Lymphaque Boeotis deflua culminibus
Deserta est penitus nobis, alia aspera contra
Dumisque, & spinis insinuata via est.
Ingrata, atque animo multum pugnantia nostro
Ex illo aggredimur tetra nimis studia;
Clamosumque forum, turbas, rabulasque loquaces
Ac confidenti pectore, perpetimur.
Ilicet ingenti modo quae perculsus amore
Versabam docili nocte, dieque manu,
Carmina doctiloqui numquam peritura Lucreti,
Carmina Cecropio dulcia melle magis,
Quique virum canit incensae post funera Trojae
Advectum fato litus ad Hesperium:
Et qui Pindaricos felici concitus oestro
Ausus aggressus pandere per Latium,
Atque Albi, Aurelîque, & docti musa Catulli,
Ilicet atque omnes Pieridum comites,
Attica quos tellus tulit, & quos Itala nunc jam
Hetruscis doctos ludere carminibus.
Adde quod & miserae tortor puer ille juventae
Me vexat curis innumerabilibus.
Libera nam nuper constrictum colla catena
Sub saevo jussit vivere servitio.
Nec me recta sophi texerunt dicta poetae,
Quae tenui sancte condita mente prius,

Vt

Vt Paphiae vellem simulacra exire, docentis,
  Atque alio mentem vertere vulgivagam;
Namque velut quondam valido stans robore pinus,
  Aut quercus Tauri innixa cacuminibus
Irrita contempsit rabidorum flabra Aquilonum,
  Atque inconcusso vertice sustinuit,
Donec silvifragi violenta turbinis ira
  Evicta, extremum subruta congemuit:
Radices illi non pandae Tartara in ima
  Immissae, vires profueruntque suae;
Quin jam praecipiti terrae prostrata ruina
  Arboribus stragem det sonitu horribili:
Haud secus instanti puero capita ardua quondam,
  Fortiaque oppositis pectora vulneribus
Contulimusque diu, solidoque adamante protecti
  Obtudimus forti spicula adacta manu;
Impia sed postquam majore hastilia nisu
  Torsit in incautum qua patefacta via est,
Securi ad latebras cordis, nec tanta timentis,
  Procumbo in vulnus, funditus & pereo.
Hei mihi quum nostro digressu voce puella,
  Quae externata nimis verba suprema dedit,
Cum lacrymis, cum singultu, gemituque recordor,
  Heu torpor quantus membra, animumque subit!
Quae nunc & nostri desiderio tabescit
  Forsitan, & luctu perdita moesta jacet.
O mihi prima meae referat si libera vitae
  Iuppiter, ingratis tempora quae exciderunt,

 Qua-

Qualis eram quondam densa cum saepe corona
  Me dulces socii Parrhasii nemoris
Late complentem exaudierunt avia cantu,
  Quo tunc semicaper Pan Deus ipse loci
Captus Ladonis quondam quae ad fluminis undam
  Perpessus memori depulit ex animo.
Infoecundorum socia aut quum turba frequenti
  In populo jussit me canere, & cecini
Quae tulerit Solymis, dum obstructam panderet olim
  Morte sua nobis Christus ad astra viam:
Aut ut magna Parens super astra invecta triumpho
  In magni partem venerit Imperii.
Quandoquidem tanto studium post tempora cari
  Traxit Abedonis me pietasque Locros,
Annua & hic remeat modo lux per gaudia mille
  Natalis Cathedrae lux, pater alme, tuae;
Haud equidem magnis cessisse inglorius ausis
  Arguerer, molli aut succubuisse animo
Mole sub ingenti rerum, quibus alta refulget
  Virtus exculto in pectore, magne, tuo.
Et canerem ut primis usque a puerilibus annis
  Palladiis temet artibus imbueris:
Inde ubi maturis adolevit viribus aetas,
  Vt fueris semper praesidio miseris:
Legatusque bonus sancte tot rexeris urbes,
  Appula quas pascit terra potens opibus;
Tum postquam de te pernicibus incita pennis
  Admiranda ferens inclyta fama, patrem

Ad-

Admonuit magnum celso qui in colle Quirini
  Iura quot Orbis habet mitia dat populis,
Vt Pelusiacae praefecerit ille sacrorum
  Vrbi te regem, quod melius cuperet
Illi prospectum populo, obsequioque Deorum,
  Atque ut bissenas inde Locros fueris
Post hyemes missus; Locros ex urbibus unam,
  Magnis quas olim Graecia Magna alust,
Nunc miserum illius simulacrum, & triste cadaver,
  Dignosci ut nulla jam ratione queat.
Legibus utque illam sanctis formaveris urbem,
  Atque hanc nunc sanctis moribus instituas.
Denique cunctarum quam te prudentia rerum,
  Quamque ornet probitas, & pudor, & pietas:
Quamque decus primum nunc virtutesque receptas
  Antiquas Locris gratuler ex animo;
Tales qui videam, & laeter modo surgere ab illa
  Virtute excultos, atque tui similes.
Verum ego quandoquidem fatis oppressus iniquis
  Promere sensa animi condita non valeo;
Magna nec audaci victor transmittere cursu
  Aequora robustis lora tenens manibus.
Dicite vos nullis oppressi pectora curis
  Praestantes animis, ingenioque viri;
Vocibus & vestris valles, montesque supremi
  Perculsi referant nomen Anaximenis.

CARMINVM LIBRI I.

FINIS.

NICOLAI EVGENII ANGELII

CARMINVM

LIBER II.

I.

IN ASSVMPTIONEM BEATAE MARIAE VIRGINIS.

Qvandoquidem reducem flammanti lumine Titan
Aëra permensus liquidum, bissenaque signa
Advexit lucem, Genitrix qua magna Tonantis,
Humanûmque salus, tot millibus alta ministris
Aligeris comitata Deorum tecta petivit;
Eja agite o quicumque una convenimus, omnes
Carmina certatim fundamus, carmina mentis
Laetitiam, gratosque animi testantia sensus.
Anne dies fuerit, memori qui mente colendus,
Et magis aeterno sit concelebrandus honore,
Quam quo magna Dei mater sanctissima Virgo
Coelicolum numerum, majestatemque Senatus
Auxitque, juxtaque sedens Natique, Patrisque
Par-

Participat curas, Solisque, & lumina Phoebes,
Sideraque imparibus spatiisque, & cursibus omne
Immensum sonitu circumvolventia rauco,
Et pelagi fluctus; tempestatesque, animasque
Ventorum,& quae multa gerit genus omne animantum,
Quaque patet tellus, & qua plaga caerula Ponti,
Et regit imperio, atque iisdem moderatur habenis?
Annua quin etiam lux haec sublimia coeli
Limina, sidereasque domos, aeternaque tempe
Laetitia ingenti complet; namque omnis Olympi
Luce hac innumero numero collecta quotannis
Cantibus, atque hymnis gens fortunata canoris,
Et fidibus, citharisque cavis, lituoque, tubaque
Exultans ductat choreas, dominamque salutat.
Flavicomûm hinc acies juvenum, queis aurea dorso
Remigia alarum, florens parque omnibus aetas.
Illinc Isacidum glomerantur & agmina Patrum,
Quos olim Christus referens ex hoste triumphum
Ordine post se omnes aeternae ad gaudia vitae
Duxit ovans nigri tractos ae sedibus Orci;
Quae loca jamdudum lenti residesque colebant,
Hanc cupide lucem magis, ac magis expectantes.
Hi quondam afflati divino numine matrem,
Quam cecinere pii venturam in lumina vitae,
Compensaret uti primaevae damna parentis,
Agnoscunt, nequeuntque expleri corda tuendo.
Quos inter cui nosse datum, dum vita manebat,
Ad superos quaecumque forent ventura per aevum,
Ma-

Magnaque terrigenis arcana recludere veri
Egregius vates, & prudentiſſimus unus,
Qui fuit in terris Salomon, ſic incipit ore:
O Regina decus coeli, columenque labentis
Humani generis, partu dignata beato
Coeleſtum Regis: partu quo denique firma,
Ac rata cuncta manent, tanto mortalibus ante
Quae edidimus, dictante Deo; namque affore tempus
Diximus, aequaevi proles quum magna Parentis
Sedibus his delapſa hominem, moribundaque membra
Indueret, funuſque volens miſerabile obiret,
Clauſa diu nobis quo panderet oſtia Coeli.
Vt te ſuſpicio, ut venerans tua lumina multo
Igne, & ſideribus nitida certantia flamma
Agnoſco, quodque ex membris jubar exilit almum:
Talem te quondam noſtris, Regina, videndam
Praebuit omnipotens oculis ſupera alta petentem.
Vnde ego perculſus novitatis imagine mira
Obſtupui, ac tales effudi pectore voces:
Nam quae illa eſt, humiles video quam linquere terras,
Paullatim ſeſe attollens per inania coeli!
Qualis ab Oceano, ſtellis, tenebriſque fugatis,
Aurora in roſeo conſurgit lutea curru:
Aemula vel fratri exoriens ceu lumina pandit
Luna per obſcuram, terris ſolamina, noctem;
Et veluti auricomus ridenti lumine lucis
Sol pater aërios tractus, terraſque patentes
Colluſtrat. Sed enim trepidum ferus occupat horror,

Vt nequeam obfirmato animo confiſtere contra;
Agmina namque velut ſaevo in certamine belli,
Cum rigidis horrent haſtis, clypeiſque coruſcis
Sole repercuſſis, referuntque ad ſidera flammas;
Illa procul ſummo de vertice deſpicienti
Montis paſtori, tremor artus occupat ingens,
Et cor crebra ferit ſubita formidine pectus;
Sic tu Diva potens in majeſtate verenda
Terribilem praefers ſpectantibus undique viſum.
Haec erat illa dies, haec nos myſteria rerum
Evolvebamus; nos haec ventura manebant.
Quare agite in numerum concentibus omnia circum
Aurea dulciſonis reſonent nunc compita Coeli.
Haec ait; ingeminant plauſum rumore ſecundo,
Et laeto Mariam ſocii modulamine tollunt.
Sed quiſnam chorus ille virûm, quiſnam procul ingens
Concurſus feſto dominam clamore petentûm?
Qualis ab ingenti veniens vada gurgite ponti,
Cum zephyris ſpirat leviter clementibus aër,
Unda petit, retroque fluens refracta ſequenti
Protelo undarum, leni permurmurat aeſtu.
Vt viridi incedunt redimiti tempora lauro!
Vt manibus palmas retinentes quiſque decoras!
Plurima quamque decens membris inflicta cicatrix
Diviſus veluti argento micat arte pyropus!
Nunc o, nunc demum agnoſco vos ſanguine veſtro
Illuſtres animae, veram dum relligionem
Teſtatam facitis, patriam, mortalibus unde
Prin-

Principium, vobisque & nobis constabilistis.
Sed vos & video, virtus quos inclyta, veraeque
Inseruit Coelo fidei confessio vera.
Vosque adeo insignes candenti in veste puellae
Reginam propius quae adsistitis: integritati
Tantus ibi est honor, & vitae sine labe peractae.
Felices omnes tanto qui robore pectus
Septi, vesanamque famem, durosque labores,
Atrocesque minas, coeci & ludibria vulgi,
Et quamvis atrox letum potuistis obire.
Et nunc perpetuis recubantes ordine mensis
Ducitis ambrosiae aeternos per membra liquores.
O utinam Divi, quae vos nunc annua festa
Sedibus in superis tanto celebratis honore,
Haec nos permixti vobiscum aliquando queamus
Communi studio in patria communi àgitare.
Tu interea, o Genitrix, salve dulcissima, nobis
Et da, namque potes, tenebris ubi lumina coecis
Presserit atra dies, celeri remeare volatu
Antiquam ad patriam liceat, tecumque potiri
Aeternos unà Divini nectaris haustus.

II.

II.

DE CHRISTI DOMINI

CRVCIATIBVS.

NVnc procul hinc omnes, procul hinc absistite curae
Degeneres, dudum trepido quae pectore fixae
Exestis penitas mihi nocte dieque medullas:
En lux Oceano surgit, qua Numinis alma
Aeterni soboles, magnoque aequaeva Parenti,
Deque Deo, Deus ipse, prius quo nil fuit unquam,
Nil est, nil fuerit, summo demissus Olympo,
Indutusque hominem, diris mortalia vinclis
Saecla hominum exsolvit moriens, & carcere caeco;
Et me saeva monet tristi cum corde putare
Supplicia illius, magnos & flere labores.
Sed quisnam tantos digne vel fletibus aequet,
Censeat aut numero saltem? non semine creti
Mortali poterunt ulli, non Coelicolae ipsi;
Nam longe exuperant sensus cujusque labores,
Aerumnaeque, quibus vindex te exercuit ira,
Christe, Patris; seu sponte tua quas ipse tulisti
A puero, humanae cupidus sitiensque salutis.
Aspice nam primum contractum membra tenella
Bethlaeo in stabulo, paleis, & frigore laesum,
Frigore, quo gelidas inter labentia ripas
Flumina, restabant glacie concreta nivali.
Aut non id miserum quoque & aerumnabile, cultros
Octa-

Octava post luce sacro tinxisse cruore?
Tum Pharias longe terras, Nilotica ad arva
Crudelis fugientem immania jussa Tyranni
Praeruptos inter saltus, & inhospita tesqua
Vectum? aut illud non miserum magis, ingratumque
Mortales inter foedos, foedisque studentes
Ritibus, a patria longe, carisque propinquis
Septem perpetuos exegisse amplius annos?
Sed neque quot fuerint tibi dura exhausta, viai
Dum remeas tantum puer, & queis protinus ipsa
Gens tua te vecors odiis agitarit iniquis,
Iamtum, cum formare novis es legibus illam
Aggressus, genus atque hominum reparare caducum,
Dicere fert animus: non haec tempus sibi poscit;
Nam me, Christe, tuus revocat labor ultimus; & jam
Cernere humi videor stratum, largoque fluentem
Sanguineo sudore artus, ludibria corde
Dum volvis, plagas, clavos, mortemque propinquam.
Sed nihil aut precibus Pater, aut angore movetur
Ipse tuo; humanum vinclis stat solvere mortis
Morte tua genus, ac regnis inferre beatis.
Ergo inimica manus gladiis, ac fustibus horrens
Ingruit, & sanctis adnectens vincula palmis,
Te furibunda rapit, Regi sistitque Sacrorum.
Vt pugnis hic contusum, ut te verbere multo,
Heu pietas, caesum video, colaphisque decoros
Infractum vultus, consputumque, irrisumque!
Anne & acerba minus, praetoria ad alta Pilati

Quae

Quae perfers? memorans horresco. Hic grandinis instar
Vis alternantum longum tolerata flagrorum:
Hic turpes ignominiae; atque hic spinea serta:
Coccina & hic chlamys, aurati ac sceptri instar, arundo.
Ah vosmet cohibete viri: sit denique finis.
En vobis hominem, ultro odiis ne tendite amaris,
Sed nihil est, magnum conclamans postulat excors
Turba neci Iesum dedi, mittique Barabbam.
At vos heu quantas tali pro crimine poenas
Iudaei dabitis capti, & fornacibus Orci
Addicti aeternum, crudeles, immemoresque.
Quin ego crudelis, quin unus ego immemor ipse,
Quem propter tantos potuisti ferre labores,
Alme Pater, vitamque inhonesto ponere trunco.
Nam quum te video lacerum crudeliter ora,
Ora, artusque omnes, spinisque horrentia diris
Tempora compunctum: perfossum pectora: acutis
Confixum clavis: concreto sanguine membra
Omnia turpatum, exanguem, heu dolor! exanimumque,
Nonne ego crudelis, nonne unus ego immemor ergo,
Morte tua vitam nactus, vinclisque solutus,
Tales qui reddo tanto pro munere grates?
At tu Dive potens rerum, terraeque, marisque,
Sidereique poli fabricator, cui Pater ipse
Cunctarum facilis rerum permisit habenas:
Tu mihi da fortis durae tolerare labores:
Da mihi pellacis fugientia gaudia saecli
Spernere, & aeterna demum statione potiri.

III.

III.

IN CEREREM

ASpice, magna Ceres, tibi quos jam meſſe repoſta
Arcadiae pia turba choros agitamus ovantes;
Aſpice, noſque reos votorum abſolve benigna.
Nulla tibi prorſus per nos non debita laus eſt,
Pro meritiſque tuis; nam te Diva abſque fuiſſet
Nunc etiam campis ſecreta & montibus altis
Turpiter in tenebris mortalis vita jaceret;
Et nobis ſuper excuſſa vel glande per herbas,
Vel ſuper inſtrato ramis, foliiſque cubili
Setigerum aprorum, atque trucum genus omne ferarum
Eſſet nunc etiam rictus, iraſque timendum:
Nullae eſſent artes, mores nulli, omnia plena
Incerti erroris, certi omnia plena pericli.
Tu genus indocile eductum ſilviſque profundis
Terrarumque cavis dias in luminis oras
Componis: tu dura ſoli proſcindere aratro
Terga doces: longis tu condere ſemina ſulcis:
Mitia tu primum nobis alimenta miniſtras:
Tu leges das prima: tuum ſunt omnia munus.
Non tibi, Diva, Deûm quiſquam ſe conferat unquam,
Non oleae inventrix Pallas, non Bacchus & ipſe
Vitiſator, bonus aut morbos depellere Phoebus.
Nam ſuperant multo tua dona, hauſtique labores,
Sedulitaſque tua, o Mater, quae lampade luſtras

Qua sola terrarum longe, lateque patescunt,
Dum profis nobis altrix, vitaeque magistra.
Ergo tibi merito magnum quae sparsa per orbem
Secla hominum faciunt foetae vel sanguine porcae,
Ariete vel caeso, & caste jejunia servant.
Mater & ipsa novem merito tibi pura diales
Secubitus facile tolerat, patrique nec aegre est.
Salve magna Parens, hominum mitissima nutrix,
Rumia, sancta Pales, alio seu nomine gaudes;
Et quando auxisti tanto nos ubere messis,
Tantaque cunctarum ditat nos copia rerum
Munere Diva tuo, ut multo post tempore nulla
Dira timenda fames sit; quae tibi vota merenti
Solvimus ex animo, facilis nunc accipe Mater;
Et donis semper nos alma recentibus auge.

CARMINVM LIBRI II.

FINIS.

ITALICA.

IN ADVENTV

TERESIAE MARIAE GRIMOALDAE

SVAM AD VRBEM LOCROS GRATVLATIO

FRANCISCI NICOLAI

Venisti tandem, Ligurina, tuusque Locrensem
In populum pervicit amor. Nihil Apennini
Ardua, praeruptis nil cautibus, asperaque dumis,
Duraque tanta viae obstiterunt, quin ocyus ires
Hanc nostram, licuit quum primum, invisere ad urbem.
Iamque vides, gaudensque vides, minitantia Coelo
Saxa, aedesque Deûm sanctas, arcesque Locrorum
Aërias super extantes: tanta aequora ponti,
Aequora tanta agri, ad Zephyros tendentia, & Euros,
Oppidaque, & pagos, & circum rura beata:
Quae sane poterat species pulcherrima rerum
Hospitis una tuos oculosque, animosque tenere.

Sed

TRADVZIONE

DI

NICCOLA ANGELIO

OR ecco al fin che sei venuta a noi;
E vinse ogni ritardo quell' affetto,
Che serbi a questi tuoi fidi Locresi.
Non l' erte balze, o gli scoscesi dorsi
Del selvoso Appennin, nè tante asprezze
Del dirupato, e mal sicuro calle
Potero ai passi tuoi pronti e spediti
Argine far, o trattenerti in modo,
Che a veder questa patria non giungessi.
Ecco che miri, e con diletto osservi
L' altere mura, ed i sacrati templi,
E le rocche superbe de' Locresi,
Che par che al ciel minaccino orgogliose.
Là i pian vedi del mar, quà vasti a l' Euro
Volti, e a Zefiro immensi opimi campi,
E tante Terre, e Borghi, e Ville attorno:
Teatro assai delizioso e raro
Per così gaj e variati oggetti,
Che al primo giugner tuo ti s' offre al guardo,
Che ben solo potrebbe esser bastante
A bear gli occhi, e riempir lo spirto
D' almo contento, e d' esultante gioja.

Sed nihil eſt horum, viſo quo tangeris aeque,
Atque pio populi ſtudio, qui effuſus apertis
Haud aliter portis, quam tempeſtate coorta
Collectus ſubito noſtris e montibus imber
Praecipitans, late ſitientis aperta Meryci
Arva ſternit aquis; venit obvius, agmine inundans
Strata viae denſo, ac dominam, matremque ſalutat,
Magnanimamque, bonamq; ingens ferit aethera clamor.
Aſt multo majora tuum mox gaudia pectus
Crediderim tetigiſſe tamen, cum maenia noſtra
Ingrediens, reliqui ſervas omnino fuiſſe
Nil factum, ſtudia in tete mage clara paterent
Noſtro, tuoque minus quo ſerviretur honori.
Clariſonis late bombis circumtonat aër:
Subtremit & pedibus tellus excuſſa: viaeque,
Queis itur, feſta ſternuntur fronde per urbem,
Geſtit laetitia plebs immemor ante malorum,

Non però cosa alcuna avvi, che tanto
Piacer ti possa, e penetrarti il core
D' insolito piacer, quanto l' ardore
Del popol tutto ad onorarti intento.
Eccol da l' ampie disserrate porte
Rompendo fuor, qual da improvviso nembo
Forte ingrossato rapido torrente
Da' nostri monti senza fren giù scende
Gli aridi ad inondar Mericj prati;
Tal ei s' affolla, ed ogni strada ingombra,
Facendo risuonar di grida, e voci
Festose l' aere intorno; ognun chiamando
Te signora, Te madre: il plauso agli astri
Giunge di tua grandezza, e tua bontate.
Ben m' avviso però ch' altro e maggiore
Sia stato il gaudio tuo, quando al ricinto
Di nostre mura penetrata dentro
Scorgesti non aver noi nulla ommesso
Di quanto potevam, onde mostrarti
Quanto ci stesse a cor il farti onore.
Già l' aer tutto ripercosso intorno
Dal tonante fragor de' cavi bronzi
Lieto rimbomba: a la sua scossa sembra
Vacillare il terren: tutte le strade
Ridono sparse del festivo alloro.
Dimenticata de' passati mali
Accorre d' ogni parte ebra di gioja
La plebe, ed urta, e affollasi per tutto,

 Avi-

Visendi & studio concursat: nec satis illi est
Te vidisse semel: matres, pueri, atque puellae
Aedibus e summis flores, viridesque corollas
Floribus intextas spargunt; simul & bona verba
Multa iterant alii passim, & famulantur eunti.
Hactenus haec cives; at ludos mutua nostros
Edere nunc tempus nostro de more, brevesque
Suaviter has cessantis herae oblectarier horas,
O Socii: tempus nunc, nunc agitare choreas,
Et duris terram pedibus dispellere matrem,
Ac dulces risus, clarosque excire cachinnos:
Nunc calamos inflare leves; nunc cymbala palmis
Percutere, ac varios numeris nunc ludere versus.
Eja agite ergo boni, Phoebo devota, novemque
Docta cohors, musis; vires promatis oportet
Nunc vestras omnes, coetum & celebretis ovantes.
Ipse adero; fessusque adeo sim quamlibet annis,

Avida del tuo aspetto, e non le basta
Una volta vederti; sta, e ritorna.
Donne, fanciulli, e tenere pulzelle
Dagli alti tetti a larga mano versano
Nembi di fiori, e verdeggianti serti.
Altri intorno, e dappresso insiem facendoti
Corona, e omaggio, in lieti accenti, e a gara
T' annunzian fausti e fortunati eventi.
Tanto sin quì fatt' hanno tutt' insieme
I cittadini; a noi, cari compagni
Or tocca incominciar le feste, e i giuochi
Giusta il costume dell' Arcadia nostra;
E render a sì ornata, e così amabile
Signora più soavi le poche ore,
Che nosco trae sceura da l'alte cure.
Il tempo è questo di menar carole:
Giova ora più che mai col duro piede
Premer la madre antica, e schiamazzare
Festevoli e ridenti; ora a le lievi
Cannucce è da dar fiato, e mano ai cembali;
E al lieto vario suon de' nostri carmi
Destare la silvestre arguta musa.
Su dunque o buoni e dolci socj miei
A Febo cari, e a le Febee Sirocchie:
Or è tempo di dar illustre prova
Del valor vostro, e con briosi modi
Render la festa popolosa e lieta.
Io pur sarovvi, e se ben carco d'anni,

Cin-

Cana tamen viridi velatus tempora fronde,
Et restim ductans saltabo, raucisonaque
Voce canam, ut potero. Nemo hic me dixerit ullas
Vitavisse vices: nemo accusarit inertem.
Et jam jamque mihi video viresque, animosque
Crescere, & antiquo suffundi membra calore;
Quin etiam tenuem simul ipsam assurgere vocem,
Altas conantem res consectarier ipsas,
Quae sunt in manibus, grandesque accedere ad orsus,
Rustica quos numquam queat ipsa aequare susurro
Fistula tam tenui, septem compacta cicutis:
Pastorum nec enim, molli distentus in herba
Fluminis ad ripas, umbraque sub arboris altae
Hic meditor curas, queis jam sunt omnia plena:
Sed magnas magno virtutes ore canendum,
Altaque mi sumpsi matronae principis acta,
Quae prope jam meritis Divos accedit ad ipsos.
Quod faustum, felix, fortunatumque sit ergo,
Expectata diu venit, jam denique tandem

Ve-

Cinto di verde allor le incanutite
Mie tempie; danzerò pur io con voi;
E reggerò, tuttochè rauco e fioco,
Carmi cantando, la gioconda ridda:
Non dirà alcun, che ricusato io m' abbia
Di far quel, che mi tocca, e ch' i' sia pigro.
E già già sento per le fredde membra
Novo spirto, e vigore, e calor novo
In me destarsi, e insiem la fievol voce
Prender tuono maggiore, e al gran subbjetto,
Che ho per le mani, quasi farsi eguale;
Benchè pur tal, cui non potria giammai
La nostra rusticale umil zampogna
Esser adatta col susurro lento
De le sette sue stridule cannucce:
Che non vogl' io rappresentar la parte
D' un pastor, che sdrajato in su molle erba
Lungo un ruscello, o sotto la dens' ombra
D' annosa quercia, o d' altro arbor frondoso,
Prende a cantar rustiche inani cure,
E lievi amori, ond' ogni orecchio è stanco;
Ma a gran virtudi stammi in mente un grande
Apprestar canto, e d' un' alta Eroina
In alti carmi celebrar le gesta,
Che la rendon simil tanto agli Dei.
Oh sii tu dunque la quì ben venuta;
E avventuroso il dì, che se' quì giunta,
Da tanto tempo sospirata donna!

A

Venit hera. Ergo animis cives, linguisque favete,
Et super haec alacres alte bona dicite verba.
Dicite io cives io, io vos dicite vates:
Venit noster amor, spes nostraque, quae potis una
Sit, miserisque velit nostris succurrere rebus.
Venerat atque prius, si non rationibus esset
Tot, tantisque suis graviter servire coacta:
Et non dira fames etiam invasisset in oras
Illas occiduas regni; quam pellere pestem
Cura fuit prior, atque huc post ocyus ire.
Serius at multo venit, citiusque penates
Plus etiam nimio ad patrios reditura. Quid ergo?
Ergo, ajunt, quid moliri, quid discere rerum
Nostrarum poterit tam paucis illa diebus,
Tot turbis, abituque adeo distenta propinquo?
Solvite corde metus, aegrasque has ponite curas;
Namque diu est, partem magnam quum docta laborum

A noi dunque compagni, a noi v' unite
Col cor insieme, e con le voci, e i plausi:
Voci gioilive d' allegrezza, e giubilo
Alzi ogni cittadin, canti ogni vate.
Venne, sì venne la delizia nostra,
L' alma nostra speranza; ella che sola
Può sovvenirne in tutt' i nostri mali.
E ben sarebbe di gran lunga pria
Venuta a noi, se altrui potuto avesse
Ceder l' incarco di tropp' alte, e troppo
Gravi altrui da portar nobili cure;
E qualor la crudel pallida fame
La parte occidental de' suoi dominj
Orribilmente non avesse invasa.
Le convenne però volgersi pria
A sterminar quella vorace peste.
Ma fu ben tosto il primo suo pensiero
Recarsi a noi, senza frappor dimora;
Lenta, secondo il desio nostro, a noi
Venuta, ed ahi sollecita fia troppo
A dipartirsi per li patrj lari.
Che potrà dunque, diran altri, in tale
Breve spazio di tempo, a pro di noi
Pensare, od eseguir, tanto distratta
Dai gran rumori, e dal partir vicino?
Lungi da l' alma ogni timor; le acerbe
Cure sbandite, o cittadini; ignara
Non è de' mali, e de le ree cagioni,

Et caufas eſt noſtrorum, mihi credite cives.
Nec fieri pote (cui celſi regnator Olympi
Principio dedit eſſe bonae, humanaeque, benignaeque,
Et cui tanta fides, res tanta, & gratia tanta eſt)
Non illam, ſimilemque ſui, auxilioque paratam
Eſſe hominum ſemper, qui ſorte premantur iniqua,
Nos uti nunc premimur, caſus queis ultimus inſtat;
Nam quae fortunae affluerent tot femina princeps
Muneribus, primaque eſſet formoſa juventa,
Delicias cur illa domus, patriaeque perennes
Regaleſque frui nollet? cur dulcia, natas,
Pignora desereret, tantum & telluris obiret,
Vltima ad Auſoniae dum viſere regna veniret?
Cur facileſque aditus, bipatentia & oſtia velis
Praebet ſuſpenſis, pronaſque dat omnibus aures,
Multa ſuper multis rogitans, reddenſque viciſſim?
Scilicet id ſpectat: mores vult diſcere primum

Qua-

Onde ſiam triſti; è troppo tempo, ch'ella
N' è iſtrutta, mel credete, o cittadini.
Nè giammai eſſer puote, che colei,
Cui 'l regnator de le ſuperne sfere
Bontate, corteſia, beneficenza
Fin da la culla a larga man conceſſe;
E ch'è buona così, così benigna,
Così fedele amica, così umana,
Tanto fornita di ricchezze, e grazia,
Abbia ad eſſer diſſimil da ſe ſteſſa;
E abbandonar giammai coloro, i quali
Trovanſi oppreſſi da malvagia ſorte;
Come ſiam noi; ridotti ai mali eſtremi.
E poi perchè sì nobile ſignora,
Cui de' ſuoi doni fu sì largo il Cielo,
Bella, e nel primo fior de' ſuoi verd' anni,
Volger le ſpalle a ſue fortune immenſe,
Regali affatto, e a la città materna,
E ai cari pegni de le dolci figlie?
E a sì lungo e difficile cammino
Porſi animoſa, per venire a queſte
Vltime terre de l' antica Auſonia?
A che preſtarſi facile a udir tutti;
Gli aditi aperti, e tratta ogni cortina,
Parlare, interrogar ſu tante coſe,
Affabil ſempre, e ſempremai corteſe?
Certo ella in queſto ogni ſua cura pone,
Che le ſia noto ſovr' ogni altra coſa,

Qua-

Quales ſint hominum, & partem quae facta in utramque;
Anne aliqua & ſit, quae miſerorum ſanguine hirudo
Turgeat exhauſto; aut populi quis rector; honore
Fulgeat aut alio quiſquam, ſeſeque ſuperbe,
Injuſteque, avideque gerat; quaeque oppida peſtes
Peſſundent fortaſſe aliae; morbique maligni.
Cuncta ſua memori ſervat quae mente repoſta,
Rerum momenta expectans, ut quamlibet abſens,
Tempore proviſum noſtrae velit eſſe ſaluti:
Nimirum recte ſapiens tu femina haberis;
Quippe nihil temere adgrederis, nihil & facis unquam,
Ni lente, placideque, & uti jam ſueta, modeſte:
Tam celer, ac certa eſt tua perſpicientia veri.
Quod dictum ille quidem ſolum mirabitur hoſpes,
Qui grandi ignoret te natam, ac principe in urbe,
Et Genuae natam, quae fortia pectora cives
Vrbs faecunda animis in cunctas parturit horas;
Quique ſua prudens nolit cum mente putare,
Num plerumque alios, quae juſti mater & aequi eſt,

Quali i costumi sien di nostra gente;
Qual sia lo stato lor, se buono, o reo;
Vuol discoprir, se sanguisuga sievi,
Che sua rabbiosa fame sbramat' abbia
De' poveri nel sangue; ovver qualcuno
Del popol Reggitor, o d' altro illustre
Incarco adorno levisi in superbia,
Avido de l' altrui; nè curi il giusto;
E s' altra è peste, o mal cieco e maligno,
Che le sue terre ad ammorbar sia inteso.
Tutto osserva, ed avverte, e tutto stalle
Altamente nel cor, finchè opportuno
Venga il momento, in cui, benchè lontana,
Meglio provvegga a la comun salvezza.
Ben dunque Te a ragion chiamano saggia,
Te, che nulla non opri a la ventura;
Ma quieta maturi il tuo consiglio;
E, secondo tuo stil modesta, a l' uopo
Sempre il tuo preveder giunger fa in tempo.
Nè di quanto dett' ho potrà giammai
Maravigliarsi alcun, se pur non sia
Un qualche forestier, che forse ignori
Te aver sortito per favor del Cielo
In regale città li tuoi natali;
Ed esser nata in Genova, che mai
Non cessa di produr anime forti;
E che non voglia richiamarsi a mente
Quanto la sapienza ami star meglio,

Libera & ipsa sibi imperitat sapientia, (si quae
Est tamen in nostris etiam sapientia terris)
Illa velit coetus hominum celebrare aliorum,
Quam quibus immineat nemo, nemo imperet ullus;
Atque ubi sit legum majestas una verenda.
Quorum ego nunc hominum si fortia dicere facta
Coner, & aeternae jam tradita nomina famae,
Ante diem referet reserato Phaebus Olympo,
Atque diem tenebris obducet mutua Vesper,
Quam capita ipsa queam rerum percurrere summa.
Quin nihil immensum refert tentare canendo
Tantae urbis laudum pelagus, quae nomen & arma
Diffudit victrix omnes Libiaeque, Asiaeque,
Europaeque per oras, quot cano mare fluctu
Alluit interius primis a Gadibus usque
Tarda ad Hyperboreas tolerantes plaustra lacunas,
Quae egregium prorsus quidquam ut ne gesserit unquam;

Ella che me' discerne il giusto e l'equo,
Ove di se dispon libera e sciolta;
(Se sapienza pur fra gli uomin resta) ;
Ove alcun non primeggia; ma tien sola
Sovrano impero, e ugual da tutti esige
Obbedienza la diritta legge.
Che s' io volessi de li patrj tuoi
Liguri celebrare i fatti egregj,
E i nomi dir per chiara fama eterni,
Prima dischiuderia su l' alto Olimpo
Al nuovo dì Febo l' eteree porte;
E, quello spento, il tenebroso manto
Spiegherebbe la fosca umida notte;
Prima ch' anche pur soli i sommi capi
Di sì vasto lavor toccar potessi.
Che non giova tentar con debil legno
Il profondo Oceàn de l' alte laudi
Convenienti a così gran cittate,
Che 'l glorioso nome, e l' armi invitte
Di là dai lidi de la Libia ardenti
Ha già recati, oltrepassando tutti
I limiti de l' Asia, e de l' Europa,
Quanti bagnar sa coi canuti flutti
L' interno mar dal Gaditano estremo
Fino ai seni Iperborei, ov' è poi l' onda
Vinta così dal pigro gel, che soffre
Portar sul dorso gli stridenti plaustri.
Questa città, quand' altra non avesse

 Mai

Et pia Romulei sacrorum regis ad arma
Vel nutu Ligures cessarint ire aliquando;
Quod certe haud factum: & non quo pietasque, fidesque,
Aut laus, aut justus raperet dolor, iraque justa,
Irruerint alacres: sanctamque Sionis ad urbem
Perque agros, quos Cidnus aquis secat: Joniosque,
Quos despectat Athos, fluctus: superumque per aequor:
Atque ubi Tyrrheno surgunt infamia saxa,
Saxa Patrum sacro, infandum! polluta cruore:
Atque alibi haud magnum gestum, & mirabile quidquam:
Tantumque id gestum fuerit, quod vidimus omnes
Pene oculis, ingens facinus; quo pulchrius unquam
Nulla dies vidit, fortasse & nulla videbit;
Militiae bello indomitae quum denique cives
Defessi hospitio longoque, gravique, repente
Iam resides licet ipsi pridem, atque arma perosi,
Excussere foras tamen illam, & cominus ausi

Sta-

Mai fatt' opera illustre e gloriosa ;
E non si fosser del Roman Pastore
Al primo cenno sempre, e ad ogn' impresa
Mostri quei cittadin pronti e animosi ;
Nè là, dove pietate, o giusto sdegno
Moveali ardenti, fossen tosto accorsi ;
Nè sotto di Sionne a l' alte mura,
E per gli Armenj campi, e per gli flutti
Del tempestoso Jonio, a cui sovrasta
L' aerio monte, che chiamiamo or Santo ;
O là, dove il Melorio infame scoglio
Sorge dal mar Tirren, sparso del sacro
Sangue di tanti Padri (ahi scellerato
Inenarrabil fatto !), alta vendetta
Non n' avessero presa e gloriosa ;
Od altro in altre parti, e 'n altri tempi
Fatto mai non avessero di grande ;
Ma ciò pur solo, che noi stessi abbiamo
Testè quasi veduto co' nostri occhi ;
Mirabil cosa al certo, nè più vista,
Nè forse più sperabile a vedersi ;
Quando stancati al fin dal troppo lungo,
E troppo grave ed opprimente ospizio
D' una indomita truppa, i cittadini,
Quantunque in ozio delicato e molle
Nati, e cresciuti, e non avesser arme,
Seppero a un tratto fuor cacciarla a forza ;
Nè temer poscia di star loro incontro,

Stare diu contra, ac paribus concurrere in armis;
Non facile possent omnes hinc discere gentes,
Nil esse omnino causae, cur nomina nostra
Prae se tam spernant Italum, placeantque sibi ipsae?
Ergo o tu nimium felix Grimoalda, potentem
Regalemque tuis hanc cui natalibus urbem,
Atque altè a Gothico magnorum sanguine regum
Nobile tot per avos ductum genus invenisse
Sorte datum! qui divitiis, opibusque vigentes,
Fretique ingenio, magnis & honoribus aucti;
Seu tu militiam, creperique opera horrida belli,
Seu placidae spectes praedulcia tempora pacis;
Consilioque, manuque boni tam naviter omni
Tempore rem gessere, & fortiter, & sapienter,
Vivat uti illorum per saecula fama superstes.
Vel rebus sacris qui se addixere volentes,
Virtutisque ergo summos ad laudis honores

Ma-

E la vittoria disputar con l' arme.
Non varrà questo ad assai largo esempio;
Onde tocchin con man l' estranie genti,
Che non è già l' Italico valore
Spento ne' nostri petti, e che non denno
Tanto tenerci a vile in lor confronto?
Dunque felice, o Te felice al sommo,
Magnanima Teresa, a cui fu dato
In cotesta regal città potente
Sortire i generosi tuoi natali,
E dal vetusto generoso sangue
De' Gotici Monarchi in Te diffuso
Per lunga serie di tant' avi e tanti!
I quai d' ingegno validi, e di forze,
E di sublimi onor fregiati; o guardi
Le militari imprese, e 'l periglioso
Mestier di Marte; oppur gli occhi rivolgi
Ai desiati più tempi di pace;
E per senno, e per man troverai tanti,
Che in ogni tempo valorosi e saggi
Così resser le cose dello Stato,
Che de' lor nomi eternamente altera
N' andrà la fama ai secoli venturi.
O che ti volgi a rimirar coloro,
Che per libero voto il sentier aspro
Elessero calcar de' Sacerdoti;
E per virtute, e per lor alto merto
Giunser ben tosto ai più sublimi onori;

 E

Mature evecti, sacri implevere Senatus
Seu numerum, pileo, ac trabea circumdati & ostro;
Tempora sive illi viridi texere galero;
Praepositique duces populis, fideique magistri;
Quanta & ii gentis decora, aetatisque fuere
Lumina quisque suae; repetitaque nomina fastis,
Gloria & in laetos quanta hinc diffusa nepotes!
Et vero inficias quis eat, natalia in ampla
Sit quicumque domo, fortunataque potitus,
Porticibusque idem longis, passimque per aedes
Magnanimûm servet veros referentia avorum
Vultus signa puer, titulosque, & nomina discat,
Non illum magno donatum munere Divûm?
Quum validè hinc stimuli conanti addantur ad asprum
Sentibus ire viam, ac montem superare beatum.
Quamvis haud ollis opus haec, queis maximus optat
Eximiis uti Divûm pater, atque hominum rex.
Illos namque solens tali dat mente vigere,

Re.

E' d' ostro ricoperti al maestoso
Sacro consesso de' gran Padri aggiunti
Furo; o del verde venerabil feltro
Ombrar le chiome, e fur prescelti a guida
Di numerose genti, e ad aprir loro
Il gran volume de le sacre carte:
Qual ne venne splendor ne la tua stirpe!
Qual ne aggiunse ciascuno a' tempi suoi
Luce, che ai tardi passò ancor nepoti!
E chi porria negar, che avendo avuto
Talun sua cuna tra i fulgor di qualche
Magnifica famiglia, e da bambino
Si accostumi a mirar per l' ampie logge
Ad ogni tratto, e sotto l' auree volte
De le mura domestiche scolpiti
I magnanimi aspetti de' grand' avi
Effigiati al vero; e fin da' primi
Anni n' apprenda i gloriosi nomi,
Stato non sia costui dal Ciel benigno
Di grazie, e di favori appièn ricolmo?
excultum scribendo potuit praestare. At postea ab eruditis, doctisque viris, quibuscum frequens versabatur, admonitus, ac praecipue ab eruditissimo elegantissimoque IACOMELLO, rectam studiorum ingressus viam, mirum quantum in doctrinis, cultioribusque litteris profecerit; ita ut cum ejus jam fama in Vrbe percrebuisset, certatim viri principes, ac summis praefecti in Romana civitate muneribus, eum vel adjutorem, vel comitem studiorum suorum, vel epistolarum scriptorem advocaverint, ultro rogaverint. Quos inter praecipue numerandus Nicolaus Coscia; is enim grande Nicolai nostri ingenium, litteras, dexteritatem, ac fidem admiratus, haud cunctanter, cum a Pontifice Benedicto XIII. inter Patres Purpuratos est adlectus, ad maxima, quae per eum erant expedienda negotia, illum adscivit. In cujus Pontificis obitu satis luculentum enituit in NICOLAO suae integritatis, morumque innocentiae testimonium. Cum enim non modo ipse Coscia, verum etiam familiares ejus omnes, atque amici, vel a concitata plebe divexati, lapidibus insectati, direpti, praecipites ejecti, vel in carcerem conjecti fuissent; unus FRANCISCVS NICOLAVS, ua paupertate, recteque factorum conscientia, ac fama tectus, tantae immunis extitit tempestatis, perque ipsa celebriora Vrbis loca ad miraculum visebatur; nemini enim non erat persuasum, nihil unquam in eo fuisse, quod a viri boni officio esset

 alie-

alienum. Paucis post annis Cardinalis Alberonus, ac postremo Cardinalis Burghesius ejus sunt opera usi: ille in sua legatione in Flaminiam provinciam, hic in conscribendis latinis epistolis ad Carolum VII. Imp., cum Imperii, ejusque hereditariarum ditionum patronus factus est. Sed quid ego haec persequor? perinde quasi ejus vitae historiam scribere sim adgressus; quod nunc facere in animum non induxi meum. Tantum te monendum duxi, qua ratione ad me pleraque ejus poëmata pervenerint, ut si quid uspiam in hac editione titubatum sit, sive necessariam, ad quorundam eorum intelligentiam, vel ἐπιγραφήν, vel notulam requiras, eorum qui ea exscripserunt negligentiae tribuas. Nec enim potui, ferventi typorum opere, auctorem consulere. Incidi etiam aliquoties in loca vel verbis, vel integris etiam versibus deficientia, quae supplere necesse fuit. Atque utinam conjectura ipsius auctoris vel verba, vel sententiam sim assecutus. Superioribus diebus aliud apud me inveni exemplum carminis in Passione Domini, in quo legitur versus 156.

Adripiunt, tenduntque manus utrinque jacentis, cum correxisset illud *hinc inde* a probatissimis scriptoribus minime usurpatum, ut in primis hujus carminis exemplis scriptum erat, unde excerpta est hujus editionis lectio. Id etiam, fere plerumque in interpunctionibus accidit, quae cum commata perio-

riodorum designent, nemo est qui ignoret, quantum valeant ad aliam, vel aliam sententiam induendam. Accuratissima tamen, qua potui, diligentia sum usus, ut sine mendis ederentur omnia. Qua in re multam, & navam operam contulit in omni litterarum genere doctissimus, moribusque suavissimus DOMINICUS MALARBIUS, praeter caeteros NICOLAI nostri scriptorum admirator. Nec mirum; tantam enim in hisce poëmatibus perspicies elegantiam, & non fucatam, sed germanam venustatem; tantam cum exquisita prudentia verborum, ac sententiarum varietatem & copiam, ut non facile quem cum eo post beatum illud aurei, ut vulgo appellatur, seculi aevum, comparare possis, adinvenias. Videas enim licet non exilem, non jejunum atque exsuccum poëtam, sed omnem tenentem antiquitatis historiam, philosophiam, geographiam, rerumque omnium magnarum, atque artium scientiam; *nullis ut terminis*, ut de perfecto oratore loquitur Cicero (a), *circumscribat, aut definiat jus suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate, & copia vagari, qua velit*. Quid dicam de elegantia, puritate, ac proprietate sermonis? adeo in hoc mirandus, ut in medio latio Augusti temporibus natus, atque eductus videatur, sive sublime ac grave adgrediatur, sive nitidum, sive vernaculum genus scribendi. Scio equi-

(a) *De Orat. lib. I. cap. 16.*

equidem latine scribendo seculo illo XVI. complures clarissimos viros praestitisse; at nescio quomodo fere plerumque in eorum scriptis nimis exquisitam industriam, & molestam, ne dicam putidam, diligentiam deprehendas. At hic noster perpetuo par, ibique quiddam recinens Romanum, ac pene nativum, quod sibi assidua, diuturnaque lectione, accuratissimaque commentatione comparavit. Ceterum tuum esto judicium, quod a meo ut minime abhorreat facile quidem confido futurum. Apponendam etiam in calce hujus editionis curavi epistolam Castrvccii Bonamicii (a), qui dum Romae degeret, Nicolao nostro familiari ac hospite usus est; qua quidem epistola satis praeclarum, vir acerrimi judicii, protulit testimonium in hymnum de Diva Venere, cum superioribus annis editum est Romae. Dum in eo esset, ut haec absolveretur editio, ad me pervenerunt auctoris nostri phaleucia unum & alterum ad Cl. Viros Andream Serravm, & Dominicvm Malarbivm inscripta, quae extrema videbis hujus collectionis poëmata. Monstri, medius fidius, simile, hominem quinque & octoginta annos natum, iis adhuc mentis atque animi viribus vigere, ut haec etiamdum cudat, proferatque. Corpore enim senescente, animus ipse quasi spiritus per tibias vel labefactatas, vel vetustate corruptas, quiddam reso-

net

(a) *Eam lector inveniet post hanc Praefationem.*

net insuave ac dissonum necesse est; nam ut ait Lucretius (*a*),

.... ubi jam validis quassatu' st viribus aevi
Corpus & obtusis ceciderunt viribus artus:
Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque;
Omnia deficiunt, atque uno tempore desunt.

Quod praecipue maturius in doctis accidit viris, in quibus assidua, atque acri mentis intentione, animales spiritus citius difflantur, ac dispereunt. Vale.

EPI-

(a) *Lib. III. v. 452. & seq.*

EPISTOLA EDITA ROMAE CVM NICOLAI CARMINE IN D. VENERANDAM.

COMES CASTRVCCIVS BONAMICIVS FRANCISCO NICOLAO

S. P. D.

NICOLAVM ANGELIVM cum ego per se, juvenem bonarum artium studiosum, & saepe video & libenter, tum etiam libentius, quod sermones multos, mihique suavissimos de te habet, qui plerumque ad ingenium pertinent, doctrinam, atque humanitatem tuam. Facit enim nostra vetus amicitia, nullumque, dum Romae eramus, abs te officii erga me, studiique munus praetermissum, ut tuis valde laudibus delecter. Quod vero nuper ad me tuum de Diva Venere Carmen ille attulit, itaque mecum est loquutus, ut probe intelligerem laborare te, ne meum de eo Carmine judicium tibi denegarem, duplici me voluptate cumulavit. Nam & jucundum mihi fuit Carmen legere aureum, optimaeque imitationis, & elegantis ingenii luminibus respersum, te de-

denique dignum; & audire quanti me faceres, quem unum maxime ad judicandum vocasses de eximio poëmate, non potuit non esse gratissimum. Equidem existimo in tanta bonorum poëtarum paucitate summam te in illo Carmine consequi famam optimi vatis, quam etiam non mediocrem esses consequutus, si Lucretii, Virgiliique florerent. Quanta enim in inveniendo prudentia, atque amoenitas! quam perspicuus rerum ordo! quam non ineptus verborum ornatus! Nihil praeterea non latine, nihil non dictum magnifice; ut argumentum non satis illud quidem copiosum, & grande apta tui Carminis, & varia compositione vim quamdam, atque ubertatem assequatur. Neque istud mihi mirum esse debet, qui tuorum studiorum sensum, & rationem jampridem noverim; rarum potius videri debet, cum temporum nostrorum in optimis studiis negligentiam considero; & quam non dico exiguus, sed nullus jam sit fructus laborum egregiorum. Quae quidem negligentia, Gothorum etiam barbarie pejor, invasit nostra aetate omnium fere animos; nam haec profecto non deformat, quemadmodum illa fecit; sed omnes extinguit bonas artes. Quotus autem quisque est, quin his temporibus malit sedere inglorius in ocio, quam studiis, ut ajunt, non profuturis aetatem conterere? Quasi non plurima possent ex iis in omnem vitam, hominumque societatem vel adjumenta, vel ornamenta redundare. Atqui hac

so-

socordia factum est, ut liberales ubique disciplinae contemnantur, & jaceant; ut omnes gentes, & nationes mentis, atque animi robore debilitato jam, atque infracto, ad turpissimam delabantur ignaviam. Quae quidem sentiendi vivendique pravitas, si radices egerit, nullus erit virtuti locus; & virtute sublata, magna necesse est in republica consequatur perturbatio rerum omnium. Sed haec illi viderint, qui omnia ad se pertinere putant; neque est cur iis tam praeclaras opes invideamus; modo illud nobis relinquant, ut in nostris studiis libere acquiescamus, fructusque ex iis percipiamus honestissimos, quorum usus, ac delectatio omnibus istorum est & regnis, & voluptatibus anteponenda. Itaque & tu me, siquando erit otium a militia, in qua Caesares, & Xenophontes hoc frustra tempore requiras, referre videbis ad mansuetiores Musas, & ego te valde fortunatum judico, qui in solitudinem quamdam secesseris, ubi non videas homines ignavissimos, quasi de aliquo illustri facinore, gloriari de contemptu litterarum; & habeas jucundissima subsidia senectutis rusticationem, & Musas. Magnae etiam voluptati tibi esse debet, in iis te esse locis, in quibus magnos olim viros, magnaeque sapientiae fama praeditos accepimus esse versatos; & facis tu quidem, deducta Arcadum Poëtarum Colonia, excitatisque tuorum civium ingeniis, ut Locri tui antiquissimae laudis renovatione gaudeant. Reliquum

est,

eſt, ut mihi gaudeam, quod in tanto temporis, & locorum intervallo non penitus exciderim memoria tua; tibique vero gratuler, quod in litterario ocio vivere liceat, teque horter, ut ea proferas in lucem, quae tuae ſint patriae ornamento, tuiſque amicis voluptati; mihi praeſertim, qui & vetuſtate amicitiae, & ſimilitudine ſtudiorum in te amando, colendoque vel omnibus anteeo, vel nemini quidem cedo. Vale. Neapoli IV. Kal. Octobris A. CIↃIↃCCLVI.

PRAE

potius, quam ad alium quemquam de MVRENAE amicis illud mitterem; ut excusare, ac tueri ab invidorum morsu, cum ipso scriptore id ipsum valeres. Nam ego, quantum in me est, nullam mihi laudem sumo (nec si qua est ulla bene, apteque dicendi); modo historici, atque amici benemerentis pro ratione partes adimpleam. Vale, meque, ut facis, ama; quandoquidem amicitia tua, ut hominis virtute praestantissimi, immortaliter gaudeo. Vale. Neap. VI. Kal. Nov. CIↃIↃCCLXXXI.

INTER NICOLAI CARMINA

pag. 149.

FRANCISCVS NICOLAVS

A D

IOH.BAPTISTAM MONSOLINIVM

QVod te ſaepe virum gravem, diſertum,
Principemque locum inter obtinentem
Iſtos, quotquot habet, diſertiores
Princeps Parthenope urbium diſertos,
Audiremque bonum, boniſque carum;
Erat cur ego plurimum te amarem,
MONSOLINE, tibique gratularer,
Noſtraeque Auſoniae, urbiumque ocello
Reginae urbi adeo, beata ſemper
Quae virtute, viriſque foeta magnis.
Quod autem ANGELIVS meus recenter
Scribit, quod cupide cupiret unum,
Tuorum facile in gregem receptum
Abs tete, & ſapientiae ad officinam
Illam tam celebrem, eloquentiaeque,
Iamdudum tua tecta ventitare,
Sectari & fora, curiaſque circum

Te

Te coepisse, magis magisque multo est,
Te quapropter amem, atque amare porro
Meos sim reliquos paratus annos.
Quod nulla ab ratione ne videri
Dictum possit, & abrogata verbo
Huic nostro tua sit fides; amavi
Illum, scito, ego, liberaliterque
Eduxi a puero, ut meum, parato
Ejus ingenio bonas ad artes
Omnes, ac celeri, pudore & illo
Captus, quo proprio sibi potenter
Adjungit hominum, tenetque amores.
Litteras nec enim elegantiores
Ejus, nec studia utriusque linguae,
Nec & multiplicem eruditionem
Opus dicere, cuncta quae tibi aeque
Mecum cognita jam puto esse dudum.
Vnum dico: ibi tute quidquid usquam
Curaeque, auxiliique, praesidique
Amorisque loces tui, futurum
Vt laetere; opus ipse cum videbis,
Quod spero, egregium tua probari
Ab arte, atque tibi illud esse laudi.
Ast cum laetitia, novaque laude
Tua hac, debitio putetur, oro,
Cum primis mea gratiae, bonumque
Nomen ipse habear, quod expedite
Solvam, ne dubita, a meis Camoenis.

pag. 43.

VITVS MARIA IVVENATIVS

A D

NICOLAVM EVGENIVM

ANGELIVM I.C.

DE multis tibi pauca, quae legenda
Mitto carmina, NICOLAE, amico
Cum primis homini, latine eidem
Scienti optime, & optimo Poëtae,
Haec legas, volo; diligenter, ac si
Quae probaveris, illa seorsum habebis;
Quae minus, polias fac ipse, habere
Vel jube Veneris sibi maritum.
Hanc tu PARTHENII mei, meaque
Causa suscipies, puto, libenter
Curam, ac PARTHENII mei quoque, inquam;
Nam seni huic meditor meum libellum
Testem grati animi mei libellum
Dono mittere. Is ergo ut est peracri

Aeque judicio, ac pereleganti,
Nec poëta minus bonus, videndum,
Vt ſi non penitus ſibi placere
Meo in munere, diſplicere certe
Poſſit quam minimum. Ergo age ipſe, longe
A Muſis quoniam meus CAPELLVS
Nunc abeſt, DANIELIVSQVE, morbo
Hic quidem implicitus gravi, ille rerum
Cura, muneribuſque plurimarum;
Ipſe, inquam, poſito tuo parumper
Plauto, hanc ſuſcipe cogitationem,
Quae quidem minimi tibi laboris
Eſt futura, ſed obligabis omne
Hoc eodem tibi me labore in aevum.

INTER EADEM CARMINA

pag. 35.

AD DOMINICVM MVNDIVM

P I C T O R E M

DE NICOLAO EVGENIO

A N G E L I O.

ITe, oro, Hendecasyllabi, ite multam
A me dicite Mvndio salutem.
Quis sit, quaeritis? Ille, penicillo est
Qui tantam, calamoque laudem adeptus,
(Idem pictor enim est, poëta & idem)
Quantam dicere vix meus Capellvs,
Opinor, Danielivsve possit;
At quam doctus, & eloquens uterque!
Nedum possim ego tam, Pol, indisertus.
Ergo adibitis hunc, rogabitisque,
Dicat Angelio meo, pari par
Me quidem voluisse; sed volenti,
Conantique simul novem puellas,
Quae Pindi placidos tenent recessus,

Fer-

Ferre opem renuisse adhuc. Quid autem
Illarum facerem carens favore?
Quare nunc satius supersedere
Quali hac cumque opera quidem videri,
Quam perire pati bonas inani
Horas, ut periere adhuc, labore.
  Haec vos, Hendecasyllabi, additote
Nec verbum amplius. Ipse jure namque
Pictoris simul usus, & poëtae,
Pro re, ac tempore plura reddet, idem
Qui pictor simul, & simul poëta est.

EFEMERIDI LETTERARIE
DI ROMA
1780.
Num. XLV.

NAPOLI.

La Pentolinaria, ed i Prigioni di M. Accio Plauto, volgarizzate da Niccolò Eugenio Angelio, col testo Latino a fronte 1780. in 8.

SE *l' arte di ben tradurre in genere le opere di bella, ed amena letteratura si reputa sì difficile, che quasi le si agguaglia l' arte di creare consimili opere originali; la difficoltà giunge al supremo grado, e diviene pressochè insuperabile, allorchè si tratta di tradurre una commedia, e soprattutto una commedia di una Nazione da noi assai remota di tempo, ed interamente da noi diversa nella sua maniera di pensare, ne' suoi costumi, e ne' suoi usi. Oh quì sì che vi vuol altro, che* verbum reddere verbo: *ciò ch' è bello, elegante, e spiritoso nella lingua originale, diverrebbe sovente vile, ed alcune volte ancora inintelligibile,*

essendo tradotto letteralmente nella lingua, in cui si vuol trasportare. Quindi è divenuto, che mentre tutte le Nazioni culte, e la nostra principalmente, vantano molte buone traduzioni de' poeti epici, tragici, e lirici dell' antica Grecia, e dell' antica Roma, i quali non han fatto, che dipingere il cuore umano, che sempre è stato lo stesso; appena qualche mediocre, e comportabile traduzione si può rammentare di Aristofane, di Terenzio, e di Plauto, i quali hanno per lo più dipinto i ridicoli del loro tempo, che non sono più i nostri, ed i loro usi, e le loro costumanze, che lo sono ancor meno. Plauto principalmente è così ripieno d' idiotismi, e di sali locali, e proprj solamente del suo tempo, che non che di poterne avere una buona traduzione, ma ha fatto per sino disperare gli eruditi di poterlo intendere a pieno. E' vero, che delle sue venti commedie niuna forse è rimasta senza una traduzione. Ma quali traduzioni, Dio buono! Basta dire per farne l' elogio, che desse sono state quasi tutte o smarrite, o dimenticate. Non si smarriranno però, nè si dimenticheranno certamente giammai le traduzioni italiane delle due commedie Plautine, intitolate Aulularia, *e* Capteivei, *che dà ora alla luce il Sig.*NICCOLÒ EVGENIO ANGELIO, *dotto Giureconsulto Napoletano, e passeranno alla più remota posterità insieme colle altre, che tiene già pronte, e che speriamo, e di più caldamente l' esortiamo a voler quanto prima pubblicare. Noi osiamo assicurar i nostri Leggitori,*

ch' egli

ch' egli ha trovato la vera, ed unica via di trasportare con buon esito in una lingua moderna questo comico scrittore dell' antica Roma. Non contentandosi egli di farne una parafrasi, o un' imitazione; ma tenendosi scrupolosamente dentro i limiti di una rigorosa traduzione, e seguendo sempre strettamente il testo, egli se n' è solamente allontanato, quanto facea d' uopo per non incorrere in nauseosi latinismi, e per rimpiazzare, senza veruna stiracchiatura però od affettazione, le frasi, le maniere di dire, ed i proverbj della lingua latina, che non sono più in uso, colle più corrispondenti frasi, e maniere di dire, e coi più analogi proverbj italiani. Si è poi proposto ad imitare i più autorevoli esemplari del secolo XVI., e principalmente il Cecchi, e l' Ariosto, in quella maniera di verseggiare prosaica, andante, e naturale, che sembra nata fatta per rappresentare il tuono di una pulita conversazione. In somma il Sig. ANGELIO *ha reso tanto italiane, quanto era possibile, le due commedie Plautine, delle quali ora regala al Pubblico la traduzione; e noi a nome di questo medesimo Pubblico di nuovo lo esortiamo a voler tosto far uscire dai suoi scrigni le traduzioni delle altre.*

EFEMERIDI LETTERARIE
DI ROMA
1783.

Num. XL.

NAPOLI.

Le Commedie di M. Accio Plauto volgarizzate da Niccolò Eugenio Angelio col testo latino a dirimpetto. Presso Vincenzio Mazzola-Vocola 1783. in 8.

SOn tre anni da che il Sig. D. NICCOLÒ EVGENIO ANGELIO, *uno dei più culti e più puliti ingegni, che Napoli abbia oggigiorno, pubblicò con le stampe due commedie di Plauto, da lui recate in versi italiani, con tanta universal approvazione dei dotti; che a lui fu di un efficace stimolo per fargli intraprendere la stampa in dieci tomi di tutta intera la traduzione, che di quell' autore per suo privato esercizio avea già qualche anno innanzi condotta lodevolmente a fine: ed a quest' ora ne sono già a luce cinque tomi, e sappiamo, che sia uscito anche il VI., ma quest' ultimo*

non

*non ci è ancora pervenuto, Il I., che comprende l'*Anfitrione, *e l'* Asinaria *è indirizzato al Sig. Marchese Caracciolo Vicerè di Sicilia, uomo che alle più severe scienze ha sempre accoppiata l'amenità delle lettere; onde ha potuto, prima che le amplissime cariche da lui sostenute, e le cure del governo lo avessero distolto da ogni esercizio letterario, scrivere in prosa, e in verso assai leggiadramente. Innanzi a questo I. Tomo ha il Sig.* Angelio *fatto stampare la brieve prefazione, e le testimonianze intorno all' autore, che si leggono nell' applauditissima edizione Cominiana, che si è proposto in ogni parte seguire. Il II. Tomo, contiene la* Pentolinaria, *ed i* Prigioni, *che sono appunto le due commedie, colle quali al nostro traduttore piacque sperimentare con la prima stampa, che abbiamo accennata* (1780. num.45.) *il giudizio del Pubblico; e che per ordine vengon ora a riprodursi in questo Tomo, che trovasi intitolato al Sig. Conte di Wilzeck Commessario Imperiale in Italia, e Ministro plenipotenziario presso il Governo della Lombardia Austriaca; con una lunga lettera; in cui il traduttore, ricordando i favori, che un sì chiaro Mecenate gli dispensò, mentre era in Napoli, dice di aver proseguita l'intrapresa carriera per gli eccitamenti avuti da lui; e fa con tale opportunità menzione di altri rinomati Letterati Napoletani, che erano di quell' eletta schiera, che ricovero ebbe presso del Sig. Conte, e tra questi ricorda Paolo Moccia gran Latinante, e Grecante già morto, e Massi-*

mi-

milian Murena per ingegno famoso, e per opere pubblicate, ancor egli trapassato. Abbraccia il III. Tomo il Gorgoglione, *e la* Casina *dedicato al Sig. Principe Augusto di Lobkowitz Signore ornatissimo di tutte le qualità, che in persona della sua condizione possono desiderarsi, il quale possiede sì bene la nostra lingua, onde può parlarla, e scriverla con quella purità, che in pochi de' nostri si trova. E' molto vero ciocchè quivi il traduttore accenna del cattivo gusto, che regna universalmente in Italia, e del poco, o niuno studio, che da noi si mette nell' apprendimento della leggiadrissima nostra lingua, ch' egli meritamente afferma essere omai divenuta forestiera agli stessi Italiani. Il IV. Tomo ne presenta la* Cestellaria, *e l'* Epidico, *e porta in fronte il nome di Monsignor Airoldi Giudice del Supremo Tribunale della Monarchia di Sicilia, conosciuto dal Sig.* ANGELIO *in Napoli, dove egli era stato per lunghi anni applicato quanto altri mai a' buoni studj, dei quali fu sempre promotore insieme, e cultore egregio; onde crede il nostro traduttore, che niuno meglio di lui giudicar potea di sua fatica. Il V. Tomo finalmente in se chiude le* Bacchidi, *e la* Spiritellaria *inviato a Monsignor Capece Arcivescovo di Trani uno dei più dotti Prelati del Regno, autore di parecchie opere, parte edite, e parte nò. Così ha saputo il Sig.* ANGELIO *e onorare i suoi amici, e acquistare alla sua traduzione tanti protettori, che col loro nome le aggiungono pregio non ordinario e in*

que-

questa, e nelle future età. Resterebbe ora a parlar del merito di questo volgarizzamento; ma oltrechè da noi fu già un' altra volta ciò fatto ampiamente nel riferire il primo saggio pubblicato tre anni sono; non è poi sì facile poterne dir tanto, che basti per una debita lode di tale immensa fatica. Se inerenza al testo, se purità di lingua, se perspicuità formano il pregio di un' ottima traduzione; ognuno sappia, che queste doti son tanto proprie della versione Plautina, di cui ragioniam noi, che non sapremmo trovarne altra, la quale si possa per lungo tratto appressare: e quel che è più maraviglioso, ciò è, che in opera di sì lungo lavoro il traduttore ha saputo esser sempre eguale a se stesso. Onde noi crediamo di non andar ingannati se diremo, che assai pochi di siffatti traslatamenti vantar può l' italica lingua in quattro secoli di sua vita; e ci rallegriamo con Napoli, lieto albergo delle Muse, dal cui seno uscir veggiamo così belle opere, e così gloriose al nome Italiano.

EFE-

EFEMERIDI LETTERARIE

DI ROMA

1784.

Num. XXXII.

NAPOLI.

Le Commedie di M. Accio Plauto volgarizzate da Niccolò Eugenio Angelio col testo latino a dirimpetto. Presso Vincenzio Mazzola-Vocola in 8.

DUe altre volte (1780. num. 45. 1783. num.40.) *è stata fatta in questi nostri Fogli onorata menzione di questo nobil lavoro del Sig.* D.Niccolò Angelio*; ed i cultori dell' amena letteratura, e gli amatori dell' una lingua, e dell' altra non avranno certamente a male, secondo che noi stimiamo, che ora, essendo già terminata la stampa della presente traduzione, se ne faccia per noi nuovamente parola; perchè siccome perduta opera hassi a riputare ogni discorso, che si fa intorno a' libri o mediocri, o cattivi; così non mai soverchio è quello, che s' impiega sopra libri ottimi, de' quali è sì scarso il numero in questa grande af-fluen-*

fluenza di' stampe. Già per noi fu dato conto de' primi cinque tomi di questa edizione; ed ora il faremo con lo stesso metodo degli altri cinque, ne' quali si compie tutta intera l' opera. Il VI. Tomo adunque, che comprende i Menemmi, *e il* Soldato bravo, *porta in fronte una lettera diretta al Sig. Ab. D. Vito M. Giovenazzi Prefetto della Biblioteca Altieri, altrettanto leggiadra lettera, quanto scarsa delle lodi di questo insigne soggetto, al cui genio severo volle per avventura il Sig.* ANGELIO *servire; e poichè il Sig. Giovenazzi vive in Roma, cioè in questo gran teatro d' ingegni, e di lettere, e più nella stima universale dei dotti d' ogni culta nazione, non fa mestieri trattenersi a parlar di lui. Il* Mercatante, *e il* Trappola *occupano il Tomo VII. dedicato al Sig. D. Francesco Daniele Storiografo del Re, e del Sacro Equestre Ordine Gerosolimitano in contrassegno di stima, e di gratitudine. Nella lettera che il traduttore vi premette, passando sotto silenzio ognaltra lode, che questo letterato merita quanto altri mai, si ristringe a dargliene una, che per nostro avviso è la maggiore di tutte, massime in questi corrottissimi tempi, cioè che il Sig. Daniele ha sempre amato di essere in concetto piuttosto di uomo di ornati costumi, che di molte lettere; quantunque pochi potessero meglio di lui a questa gloria aspirare. Vien dietro l' VIII. Tomo, in cui si comprendono il* Cartaginesino, *e il* Persiano, *e porta in fronte una brieve, ma ornatissima lettera, che con raro esempio è diretta a due,*

cioè

*cioè al Sig. D. Orazio Antonio Cappelli, Ufiziale della prima R. Segreteria di Stato, e al Sig. Abate D. Francesco Saverio Gualtieri della R. Accademia delle Scienze, e Belle Lettere di Napoli. Il nome dell' uno, e dell' altro non è forestiere in questi nostri fogli; e noi ci auguriamo, che vogliano darsi frequenti le occasioni di avergli a ricordare colle debite lodi. L'uniformità degli studj, e delle massime, e la comunione della vita di questi due bravi uomini, han fatto sì, che il Sig.*ANGELIO *con una stessa lettera s' indirizzasse ad ambidue, i quali egli tratta con le più tenere espressioni di amicizia, e di stima. Il penultimo Tomo racchiude la* Fune*, e lo* Stico*; ed è intitolato all' Ab. D. Domenico Antonio Malarbì Prefetto della R. Biblioteca. Così chiude la sua lettera, all' amico parlando il Sig.* ANGELIO: Abbiate cura della vostra dubbiosa salute, per la quale fanno voti tutti coloro, che hanno in pregio la verità, e il buon costume: *le quali parole furono un infausto presagio di quel fine, a cui un tanto uomo si avvicinava; nè valsero i voti universali ad impetrar quella vita, che fu troncata agli 8. del caduto Giugno con tanto sentimento di tutta quella gran Metropoli; la quale si è avvisata di far in lui perdita di uno de' suoi maggiori ornamenti, qual certamente era, e qual veniva reputato l' Ab. Malarbì. Era egli stato discepolo, e de' più cari, e pregiati discepoli dell' immortal Mazzocchi, ed avea coltivato con ardore sin da' primi anni suoi lo*

 stu-

ſtudio delle tre lingue dotte, e di tutta la ſagra, e profana antichità; indi ſi volſe alla filoſofia, per quanto ella ſi ſtende, ed alle matematiche, ſingolarmente all' aſtronomia; onde a ragione ſi potea dire rare volte o non mai eſſerſi ammirato un compleſſo di tante cognizioni in un uomo ſolo. Viſſe tra le lodi univerſali; ma all' uſo de' grandi uomini non mai colſe alcun degno frutto di tante ſue onorate fatiche. Sei anni ſon già traſcorſi, da che il Gran Maeſtro dell'Ordine Geroſolimitano giuſto eſtimatore degl' ingegni, e gran favoreggiatore delle lettere invitollo a Malta per preſedere a quella Univerſità di ſtudj; ma avendo alla ſua ſalute ſperimentato nocivo l' aere di quell' iſola, fe ritorno alla patria; e quivi poco dopo venne onorato della Prefettura della R. Biblioteca. Ma la morte, togliendolo al mondo in età di 50. anni circa, ha voluto involarlo a quei più coſpicui onori, verſo de' quali egli era incamminato. Fu il Malarbì coſtante nell'amicizia, cultore della verità, nimico di ogni artifizio, religioſo, accorto, prudente, e ancor lieto, e giocondo. Siccome noi abbiamo in coſtume d' inſerir ne' noſtri fogli gli elogj di quegli uomini di lettere, che ſian trapaſſati; ſperiamo, che il lettore non ſi avrà a ſdegnare di quello, che ſebbene imperfettamente, abbiamo quì con opportuna occaſione tentato di fare a queſto raro ingegno. E ripigliando ora il diſcorſo intorno a Plauto, il X., ed ultimo Tomo comprende il Trinummo, *e il* Burbero. *Ha di più in fine tutti i frammenti del*

Poe-

Poeta già altra volta raccolti, e pubblicati, ed un indice de' più oscuri, e trasandati vocaboli, che presso tal autore s' incontrano; le quali giunte servono a dar pregio alla presente edizione; e noi sappiamo, che il Sig. ANGELIO *volea accrescerla ancora in grazia degli studiosi del rarissimo lessico Plautino di Filippo Pareo; dal che poi l' ha trattenuto il poco gusto de' suoi soscrittori. E' il presente Tomo intitolato al Sig. Abate D. Giacomo Zaghetti, col quale il Sig.* ANGELIO *dice di aver comunicate tutte le pressochè infinite difficoltà, e dubbj, che egli andava tratto tratto incontrando in tutto il corso di sì fatta lunghissima, e nojosissima fatica. Fassi quivi da lui menzione di un altro Niccolò Angelio, che già due secoli, e più avanti si era applicato anch' egli a dare una corretta edizione di Plauto: un esemplare del quale egli avea per dono d' un suo amico novellamente acquistato; onde vien a dir graziosamente, che qualche simpatia dee esservi tra il comico latino, e coloro che portano il nome, e il cognome del nostro traduttore. Fu egli questo Niccolò Angelio lo stesso, che una corretta edizione de' libri di Prisciano* de Syntaxi, *e degli autori* de Re Rustica *proccurò per le stampe de' Giunti in Firenze, e del quale il Poccianti dice* natus, ut veteres auctores . . . . . . corruptos, & mortuos ad vitam revocaret. *Per non ripetere quì le stesse lodi, che altra volta abbiamo date alla presente traduzione, rimettiamo ad essa tutti coloro, che hanno in pregio il latino*

 e il

e il volgare, e che sanno senza pregiudizio, e senza passione giudicar delle cose. Certo se tutta l' Italia è grandemente obbligata al Sig. ANGELIO *per questa sua bella fatica, che tanto lustro arreca alla materna gentilissima lingua; Napoli particolarmente dee riconoscere in lui un propagatore, ed un reparatore di quegli studj, onde il Sebeto salì un giorno ai più alti gradi di gloria.*

GIOR-

GIORNALE DE' LETTERATI

To. XXXIX.

In Pisa 1780. *pag.* 304.

La Pentolinaria, ed i Prigioni di M. Accio Plauto volgarizzate da Niccolò Eugenio Angelio col testo latino a fronte: in Napoli 1780. 8.

Questo è un saggio di traduzione di tutte le XX. Commedie di Plauto, che il Sig. Angelio *dà alla luce, per sapere se convenga poi pubblicare l' opera intera. Se il nostro suffragio può qualche cosa presso di lui, l' assicuriamo, che egli ha fatto cosa degna di somma lode, perchè oltre il non avere la nostra lingua un' intera traduzione di Plauto, e l' averla di molte commedie con strano e diverso stile, che appena, se pochissime se ne eccettuano, meritano di esser lette; egli ha saputo con tanta fedeltà, proprietà, ed eleganza render i sentimenti del latino comico, che la lettura della versione italiana riesce grata quasi al pari dell' originale latino. Volendo stare attaccato al testo, ha saputo evitare i latinismi, e trovare ne' tesori della nostra lingua le frasi, e bene spesso i proverbj corrispondenti, senza stiracchiarvegli con affettazione, ed af-*

affastellargli con nausea. Gli esemplari, che si è proposto d'imitare, sono stati specialmente i comici del secolo XVI., ed il Cecchi sopra tutti, anche nel modo di verseggiar prosaico, andante, e naturale; senz'astenersi, su l'esempio di lui, dal terminar talvolta qualche verso tronco in monosillabi, quantunque non accentati, ed in parole mozze; sebbene con molto maggior parsimonia, che egli non fa, praticandolo più e più volte nel giro di pochi versi. Non ha voluto impegnarsi in note; perchè la sua version medesima è un perpetuo comentario. Accenna alle volte qualche variante lezione, e non dubita di distendersi, ove il bisogno lo richiede per l'intelligenza del testo soverchiamente oscuro. In somma questo è un libro, che non si può leggere senza far voti, che abbia l'Autore voglia e comodo di dare alla pubblica luce l'intera traduzione di Plauto; che certamente corrisponderà al saggio, che annunziamo.

GIORNALE
DE' LETTERATI
To. LXIV.

In Pisa 1786. pag. 305.

Le Commedie di M. Accio Plauto volgarizzate da Niccolò Eugenio Angelio col testo latino a dirimpetto: in Napoli 1783. vol. X. 8. gr.

SEmbrar potrebbe inopportuno l'annunzio, che noi venghiamo a fare di quest' opera, dappoichè trovasi pubblicata da circa tre anni; e già ne sia stato fatto in più di un foglio periodico e da noi ancora onorata parola. Ma il dover nostro esige di annunziare il compimento della medesima, e di render le debite lodi all' Autore di essa, che non risparmiò cura nè fatica, per renderla elegante ed esatta. Sappiamo non esser assolutamente questa la prima toscana traduzione delle venustissime Plautine commedie; conciossiachè già due secoli e più ora d' una, ora d' un' altra varj personaggi nella letteraria Repubblica conosciutissimi ne fecero all' Italia dono non dispregevole; nè son mancati altresì in questo presente sommi uomini, che a siffatta impresa siensi veduti rivolti, e per avventura con miglior successo de' primi. Ma negarsi

non

non può, che rimanea a desiderarsi pur uno, che 'l coraggio avesse avuto di recar nell' italiano linguaggio tutte venti le Plautine commedie con quella fedeltà, con quella proprietà di locuzione, con quella grazia, e con quella venustà; la quale a un sì elegante testo corrispondesse, e un sì galante, e leggiadro latino pareggiasse. E possiam gloriarci, che siesi finalmente a' dì nostri un Napoletano ingegno trovato, qual' è il Sig. D. NICCOLA EVGENIO ANGELIO, *che abbia saputo a sì nobile scopo dirizzare i suoi studj con tal e tanto successo; che resterà senza fallo il suo nome consegnato all' immortalità. Il testo latino è stato copiato dall' applauditissima edizion Cominiana; e vi si trovan alcune brievi note a quando a quando per lo rischiaramento di alcun luogo, che più degli altri intralciato fosse, o meno chiaro sembrasse ed oscuro. Noi intanto, dappoichè in altri fogli periodici con troppo sani e dotti e veraci giudizj sono stati ritratti i pregi di siffatta traduzione, stimiamo soverchio con altri encomj affaticarci a magnificargli; e ci rimanghiam paghi di aver attestato eziandio per nostra parte al pubblico delle lettere i sinceri sentimenti nostri di verace stima, che si debbe da ogni equo estimator delle cose all' opera, ed all' Autore.*

IL FINE.

Rev.

Rev. Dom. D. Ioannes Can. Silva vigore Regalis Diplomatis diei XXVI. infrascripti mensis, & anni revideat autographum enunciati operis, cui se subscribat ad finem revidendi ante publicationem, num exemplaria imprimenda concordent ad formam Regalium Ordinum, & in scriptis referat; potissimum si quidquam in eo occurrat, quod Regiis juribus, bonisque moribus adversetur; & si merito typis mandari possit. Ac pro executione Regalium Ordinum idem Revisor cum sua relatione ad nos directe transmittat etiam autographum ad finem &c. Dat. Neap. die 29. mensis Augusti 1797.

FR. ALB. ARCHIEP. COLOSS. C.M.

S. R. M.

SAtis superque inter litteratos percrebuit fama *Nicolai Eugenii Angelii* viri omni genere eruditionis probatissimi, & in poetica etiam, Musis non invitis, eximio ingenio, & latini italique sermonis venustate laudatissimi; quae ita cum vitae innocentia, & morum suavitate conjunxit; ut ab omnibus & amorem, & obsequium exposceret; atque maximum sui desiderium reliquerit. Bene igitur de re litteraria mereri credendum, qui & ejus scripta adhuc latescentia, & laudanda facinora summo studio collegerit, ac publici juris fecerit. Quapropter & ea omnia excudenda, & plurimi facienda, si ita R. T.

vide-

videbitur M., censeo. Neap. IV. Id. Septembr. 1798.

Addictissimus
Ioannes Can. de Silva.

Die 14. mensis Novembris 1798. Neapoli.

Viso Regali Rescripto S. R. M. sub die 7. proximi elapsi mensis Octobris currentis anni, ac Relatione Rev. Can. D. Ioannis de Silva, de commissione Rev. Regii Cappellani Majoris, ordine praefatae Regalis Majestatis = Regalis Camera S. Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Rev. Revisoris. Verum non publicetur, nisi per ipsum Revisorem, facta iterum revisione, affirmetur quod concordat, servata forma Regalium ordinum; ac etiam in publicatione servetur Regia Pragmatica; hoc suum.

TARGIANI = BISOGNI = MASCARO = VECCHIONI.

Vidit Fiscus R. C. = Ammora = Izzo Canc.
Reg. fol. 33.

Admodum Rev. Dominus D. Cajetanus Carcani S. Theologiae Prof. revideat, & in scriptis referat. Die 23. Februarii 1797.

CAIETANVS EP. COM. V. G.

FRANCISCVS ROSSI CAN. DEP.

EMI.

EMINENTISS. PRINCEPS

QVam bene ſemper, Praeſul Eminentiſſime, rebus humanis per eos conſultum ſit, qui Clariſſimorum Virorum vitam, ac ſtudia ob omnium oculos poſuere, ſatis compertum habemus. Qui igitur nitidiſſimis *Nicolai Eugenii Angelii* Carminibus, quique in illius vitam elegantiſſime concinnatam publici juris faciendam allaborarunt, in publica commoda ſymbolam contuliſſe nemo ibit inficias. Nam venuſtiſſimi poëtae carmina perlegendo ad Muſarum colloquia cuivis facile patebit aditus; ejus porro vitam pervolutando ad abſolutiſſimum virtutis exemplar quaſi per vim quiſque pertrahetur; ad cujus normam proprios mores fingat, atque componat; cum illud aperte noverit, quod Euripides *Androm.* v.777. cecinit α δ' ἀρετὴ και θανεισι λάμπει. Opus igitur tum ſcientiarum, tum morum rationibus profuturum typis edendum cenſeo. Datum Neapoli prid. Nonas Octobris 1798.

Eminentiae Tuae

Humillimus, & addictiſſimus famulus
Cajetanus Carcani.

Attenta relatione Domini Reviſoris, imprimatur. Die 9. Octobris 1798.

CAIETANVS EP. COM. V. G.
FRANCISCVS ROSSI CAN. DEP.



NEAPOLI . CIƆIƆCCIIC
PRID. KAL. DECEMBRES
SVB OPTIMO REGE
FERDINANDO
REGNI VERO EIVS ANNO XXXIX
EXCVD. FRATRES SIMONII





